

OPGAVER

THI

OVERSÆTTELSE FRA LATIN PAA DANSK

SAMLEDE

AV

DR. R. J. F. HENRICHSEN

ERSTE I SØRENSEN, PROFESSOR

SYVENDE UDGAVE

OMARBEJDET OG UDVIDET MED ET NYT TILLAG VED

M. OL. GEITZ

DR. PHIL., PROFESSOR VED UNIVERSITETET



GYLDENDALSKE BOGHANDEL
NORDISK FORLAG
KØBENHAVN 1906 KRISTIANIA

FORORD

TIL SYVENDE UDGAVE.

Magnus

B 4516

Odense
Universitetsbibliotek

70-298

Egentlig havde jeg tankt mig, at denne nye Udgave af „Henrichsens Versioner“ kun skulde være et Optryk af ejet Udgave; men efter Samraad med mange af Skolernes Latinlærere bestomte jeg mig til sidst til at foretage de ændringer, der tilraadede, og Bogen har samledes på ny fået en meget væsentlig forandret Skikkelse. Alligevel er der saa meget tilbuge i den af Henrichsens oprindelige Værk, at jeg ikke har villet forandre dens Titel, nævnlig ogsaa i Betragtning af, at det nu sikkert er sidste Gang, denne Bog, som har gjort saa god Tjeneste under den gamle Skoleordning, udkommer; for det nye Gymnasium maa en helt ny Bog træde i Stedet.

De ændringer, der er gjort i denne Udgave, er væsentlig følgende: 1) Noterne med Anvisninger til Oversættelse paa Dansk er blevet betydelig færdigede. Foruden til Madrigs forkortede Grammatik er der nu ogsaa Henvisninger til Dr. Langs Bog, og de grammatiske Henvisninger er nævnlig i Bogens første Halvdel blevet meget talrigere. Der er ogsaa optaget enkelte Henvisninger til Th(omasen-) K(jochs) Lærerbog i rom. Antikviteter. — 2) Der er udeladt mange (27) af de gamle Stykker, især i de sidste Particulæ, dels fordi de var mindre værdifulde, dels nævnlig af Hensyn til deres Vanskelighed; men da den gamle Udgave vel nok endnu en Tid vil blive benytet ved Siden af den nye, har jeg anset det for rigtigst trods Udeladelserne at lade alle Stykkerne beholde deres gamle Nummer. I de bevarede Stykker er der hist og her foretaget enkelte Tekstdændinger for at lette Forståelsen; men kun de

Stykker, hvor Ændringerne har fået større Betydning, har jeg i Registrat over Kildestaderne markeret med en Stjerne. Jeg bemærker her særligt, at Stykket VII, 17 er blevet stærkt udvidet ved Tilføjelse af Versionsopgaven fra Sommeren 1883, og at jeg af Stykket XI, 4 har udeladt den sidste Halvdel. — 3) Istedenfor de udeladte Stykker har jeg indsæt en *Particula Novus*, som for største Dele indeholder Versionsopgaverne fra de forskellige Eksaminer siden Sommeren 1896; dog er et Par nye Stykker (17 og 19) tilføjede. Denne Particula har jeg urvist Plads efter den gamle Particula VI, idet jeg mener, at de 6 første Particulae indeholder de Stykker, der passende kan gives Eleverne til Opgaver i 5. Klasse og første Halvdel af 6. Klasse. Af Stykkerne i Part. VII—XI egner ganske vist også enkelte sig til Opgaver, særlig i den sidste Undervisningstid, men i det hele tror jeg, at de bedst passer til rundtlige Eks-temporaløvelser. Af *Particula Novus* er der taget 200 Sætryk til Brug for de Elever, der allerede havde anskaffet sig ejet Udgave.

Før de gode Raud med Hensyn til Eukoltheder i Udgaven, som jeg har fået fra mange forskellige Lærere, bringer jeg dem herved min bedste Tak.

Af Trykfejl har jeg bemærket 8. 6, 13 *fratrem* (*per fratrem*); 8. 96 i Note²⁾ skal der stå *Th. K.*; 8. 201 i Noterne er der iadfl.²⁾ sat 1). Den grimme Fejl 8. 179, 32 *casparum* for *casparum* er først kommen ind efter Slutningekorrekturen; under Trykningen er 8. 160, 39 Semikolon udfaldet efter *reprehenderent*.

København i Marts 1906.

M. Cl. Gertz.

PARTICULA I.

L.

Antiocho devicto Hannibal verens, ne dedereitur,
quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem¹⁾,
Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quo se conferret,
consideraret. Videl autem vir omnium callidissimus²⁾
in magno se fore periculo, nisi quid providisset³⁾,
propter avaritiam Cretensium; magnum enim secum
pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam.
Itaque caput tale consilium. Amphoras complures
complet plumbo, summas operit auro et argento;
has pressentibus principibus deponit in templo Diana⁴⁾,
simulans se eas fortunas illorum fidei eredere. His
in errorem inductis statuas aheneas cavae, iquas
secum portabat, omni sua pecunia complet easque
in propatulo domi abicit. Gortynii templum magna
curu custodiunt, non tam a ceteris quam ab Hannibale,
ne ille inscientibus se amphoras tolleret secumque
auferret.

Sic conservatis suis rebus, illusis Cretensisibus,
Hannibal clam omnibus profectus ad Prusiam in
Bithyniam pervenit; apud quem eodem animo fuit 20
erga Romanos neque aliud quidquam egit, quam ut
regem adversus eos armaret et excrucieret. Quem
quam videret domesticis⁵⁾ opibus minus esse rehu-

stum, conciliabat ei ceteros reges, adjungebat belli-
25 eosus nationes. Dissidebat a Prusia Pergamenus rex
Eumenes, Romanis amicissimus, bellumque inter eos
gerebatur et mari et terra; sed utrobique Eumenes
plus valebat propter Romanorum societatem: quo
magis cupiebat cum Hannibal opprimi, quem si
30 removisset¹⁾, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur.
Ad hunc interficiendum taedium init rationem. Classe
paucis diebus erant decreturi²⁾; superabatur³⁾ ipse
navium multitudine: dolo erat pugnandum, quum
par non esset armis. Imperavit quam plurimas, vence-
35 natus serpentes vivas colligi casque in vasa fictilia
conioi. Harum quum effecisset⁴⁾ magnam multitu-
dinem, die ipso, quo facturus erat navale proelium,
classiariorum convocat iisque precipit, ut omnes in
unam Eumenis regis concurrant nave, a ceteris
40 tantum satis habeant⁵⁾ se defendere; id illos facile
serpentibus prasidio consecuturos. Rex autem in
qua nave veheretur, ut scirent, se facturum: quem
si aut cepissent aut interfecissent, magno iis polli-
cetur pramio fore.

45 Tali cohortatione militum facta classis ab utris-
que in proelium deducitur; quarum⁶⁾ acie constituta,
prius quam signum pugnae darstir, Hannibal, ut
palam faceret suis, quo loco Eumenes esset, tabellariam in seapha cum caduceo mittit. Qui ubi ad
50 naves adversariorum pervenit epistulamque ostendens
se regem professus est querere, statim ad Eumenem
deductus est, quod nemo dubitabat, quin aliquid de
pace esset scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata
suis⁷⁾, eodem, unde erat egressus, se recepit. At
55 Eumenes soluta epistula nihil in ea repperit, nisi
quod ad irridendum eum pertincerent⁸⁾; cuius rei etsi
causam mirabatur neque reperiebat, tamen proelium

statim committere non dubitavit.. Hoc in concoursu
Bithynii ex Hannibalis pracepto universi navem
Eumenis adoriantur; quorum vim rex quum susli-
cineret non posset, fuga salutem petivit; quam conse-
cutus non esset, nisi intra sua prasidia⁹⁾ se recepisset,
qua in proximo litore erant collocata. Reliques
Pergamenae naves quum adversarios premerent
acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra es-
mentionem fecimus, conici copta sunt. Quae jacta¹⁰⁾
initio risum pugnantibus concitaverunt, neque, quare
id fieret, poterat intelligi; postquam autem naves
sue appletas conspicerent serpentibus, nova¹¹⁾ re-
perterriti, quum, quid potissimum vilarent, non
vidarent, puppes verterant seque ad sua castra
nautica retraherant. Sic Hannibal consilio arma
Pergamenorum superavit; neque tum solum, sed
esse alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit
adversarios. (*Cornelius Nepos*)

¹⁾ „hvis han havde lader (sine Fjender) komme sig til
Lives“. — ²⁾ omnium callidissimos: „sild, som han var, frem-
for nogen anden“. — ³⁾ „hvis han ikke træd sine Forsig-
hedsregler“. — ⁴⁾ „sinc egne“. — ⁵⁾ quem = nam cum; Mdv. 334 b;
L. 161. — ⁶⁾ Mdv. 287 b; L. 132; se Lex. decerno, 2. — ⁷⁾ „var under-
legen“. — ⁸⁾ se Lex. offici, 1, c. — ⁹⁾ salis habeo — „nejcs med“. — ¹⁰⁾ nl. classum. — ¹¹⁾ „øfter at han saaledes havde
udpeget Anteriorens Skib for sine Landsmænd“. — ¹²⁾ se Lex.
pertines, 3; en Konj. se Mdv. 310, 318 a, L. 185. — ¹³⁾ „alra
sua prasidia“: „til sine Bækningstræpper“ (egtl. indenfor deres
Stillinger). — ¹⁴⁾ Mdv. 378; L. 11, 26. — ¹⁵⁾ „uventet, over-
raskende“.

II.

Ad P. Cornelium Scipionem Africanum majorem,
quum Roma excessisset, in Litterina¹⁾ villa se conti-
nentem complures prædonum duces videndi ejus
causa codem tempore fortè confuxerunt. Quos quum

5 ad vim ficiendam venire Scipio existimasset, praesidium domesticorum in tecto villa collocauit eratque in iis repellendis et animo et apparatu¹⁾ occupatus. Quod ut predones animadverterunt, dimissis militibus abjectisque armis janus adpropinquauit et clara voce 10 nuntiant Scipioni, non vita ejus hostes sed virtutis admiratores venisse se, conspectum et congressum tanti viri quasi celeste aliquod beneficium expectentes; proinde securum se nudis²⁾ spectandum prebere ne gravetur. Ille postquam domestici Scipioni 15 rettulerunt, fores reserui eosque intromitti iussit. Qui postes janus tamquam aliquam religiosissimam aram sanctumque templum venerati cupide Scipionis dexteram adprehenderunt; ac diu osculati, positis ante vestibulum donis, quas deorum immortalium 20 namini consecrari solent, leti, quod Scipionem vidisse sibi contigisset, ad nave revertentes.

(*Valerius Maximus.*)

¹⁾ ved Literium, en By paa Campaniens Kyst; Landet og Hayet der omkring var opfyldt af Raverbander. — ²⁾ „baade i Tanke og i Gerning“. — ¹⁾ securum .. nudis: „hvad han med Tryghed kunde gøre, da ic var væbnetse“.

III.

Boothis aliquando pestilentia laborantibus oraculum Delphis responderat, coloniam in Ponti regione sacram Herculi conderent. Sed, propter multum longas ac periculosas navigationis omnibus mortem 5 in patria praeoptantibus, res omissa est. Deinde bellum iis Phocenses intulerunt, quorum quum¹⁾ adversa prælia paterentur, iterum ad oraculum decurrunt; responsum iis est; idem belli, quod pestilentia, remedium fore. Igiter conscripta colonorum manu in 10 Pontum delati urbem Heracleam condiderunt; et

quoniam fatorum auspiciis²⁾ in eos sedes devenerant, brevi tempore magnas opes paraverunt. Multa deinde hujus urbis adversus finitimos bella, multa etiam domesticæ dissensionis mala fuere. Inter cetera magnifice gesta vel³⁾ præcipue illud memorabile fuit. Quum rerum potirentur Athenienses victisque Persis Graecie et Asia civitatibus tributum in tutelam classis discripsissent⁴⁾, omnibus capide ad præsidium salutis libertatisque sui conferentibus, soli Heraclenses ob amicitiam regum Persicorum collationem abnucrant. Missus itaque ab Atheniensibus est Lamachus cum exercitu ad extorquendum, quod negabatur; qui, dum⁵⁾ relictis in litore navibus agros Heraclensem populatur, classem cum majore parte exercitus naufragio repentina tempestatis amisit. Itaque quum neque mari reverti posset amissis navibus neque terra cum parva manu inter tot ferociissimas gentes se recipere auderet, Athenienses, honestius rati beneficii quam ultionis occasione uti, Athenienses instrutos commeatibus auxiliisque domum dimiserunt eosque, quos hostes habuerant, tali officio amicos sibi reddiderant. (Justinus.)

¹⁾ quorum quum — ei quem coram, Mdv. 393; L. 189. — ²⁾ auspicio: „Lodelse, Styrelse“. — ³⁾ se Lex. vel, 1, b. — ⁴⁾ se Lex., men under describo, 3, c. — ⁵⁾ Mdv. 291 Ann.; L. 143 (11, 82, a).

IV.

De origine Carthaginis haec memoria prodita sunt. Mutto, rex Tyri, mortuus erat, filio Pygmalione et Eliasa filia, insignis formæ virgine, heredibus institutis¹⁾. Sed populus Tyrius Pygmalioni admòdum puero regnum tradidit; Eliam Acherbas; quem alii Sychaeum vocant, avunculo suo, sacerdoti Herculis,

qui homos secundus a rege erat, nupsit. Huic viro magnæ sed dissimilatae opes erant, aurumque metu regis non teatis sed terra crediderat; quam rem 10 eti homines ignorabant, fama tamen loquebatur. Quarum cupiditate incensus Pygmalion ayunculum suum cundemque generum³⁾ sine respectu pietatis⁴⁾ occidit. Elissa, diu fratrem propter scelus aversata, ad postremum dissimulato odio mitigatoque interim 16 vultu fugam tacite molitar, adsumptis⁵⁾ quibusdam principibus in societatem, quibus par odium in regem esse eandemque frigiendi cupiditatem arbitrabatur. Tunc fratrem dolo adgressa⁶⁾ fingeit se ad eum migrare velle, ne amplius sibi, oblivionem cupienti, mariti 20 domus gravem luctus imaginem renovet. Non invitus Pygmalion verba sororis audivit, existimans cum ea sioul aarum Acherbas ad se venturum. Sed Elissa ministros migrationis a rege missos navibus cum omnibus opibus suis primo vespere imponit, provec-26 taque in altum cogit eos onera harenæ sacris involuta in mare deicere, pecuniam esse simulans; nam flens ipsa lugubriquo voce Acherbam oierat, orana, at libens opes suas, quas habuerit causam mortis, pro inferiis recipiat. Deinde ministros adgreditur: sibi 30 quidem ait optatam olim⁷⁾ mortem, sed illis acerbos cruciatus ei dira supplicia imminere, qui⁸⁾ Acherbas opes, quarum spe parricidium rex fecerit, avaritiae tyranni subtraxerint. Hoc metu omnes terrilos omites fugæ accepit, simulque junguntur ei principum agmina, in eum noctem preparata fuga.

Pygmalion, cognito sororis discessu, quam impio⁹⁾ bello fugientem persequi pararet, sagre precibus matris deorumque minis, victus quievit; cui quam¹⁰⁾ votos canerent, non impune laturnum numen, si 40 incrementa urbis a scorore condende totoque orbe

clarissimæ future interpellasset, hoc modo spatiū abeundi fugientibus datum est. Itaque Elissa in Africam delata incolas loci ejus, adventu peregrinorum mutuoque rerum commercio gaudentes, in amicitiam sollicitat; deinde empto loco, qui corio bovis tegi¹¹⁾ possat, in quo fessos longa navigatione socios, quoad proficisceretur, reficere possat, corium in tenuissimas partes secari jubet atque ita majus loci spatiū, quam peligerat, occupat. Confluentibus deinde vicinis, qui spe lucri multa hospitibus venalia adferebant, sedesque ibi statuerunt, ex frequentia hominum velut civitas effecta est. Uticensium quoque legati dona iis, ut consanguineis, adulerant (nam Uticam ante Tyrii missa in Africam juventute considerant) hortatique sunt, ut urbeni ibi conderent, ubi sedes et sortiti essent. Etiam Afros detinendi advenus amor cepit: atque ita conscientibus omnibus Carthago conditur. In eo loco, ubi prima fundamenta jacta sunt, equi caput repertum esse dicitur, bellicosum potentemque populum futurum significans.

(Justinus.)

³⁾ Mdv. 379, A. 4; L. 92, n. 3. — ⁴⁾ gener (her) = maritus sororis; om. eisdem se Mdv. 430; L. II, 50, 4. — ⁵⁾ „deves Slægtskabsførhed“.
— ⁶⁾ Mdv. 382 Ann. . — ⁷⁾ Mdv. 382, b; dolo adgredi — „bruge List imod“. — ⁸⁾ se Lex. olim, 1, h. — ⁹⁾ Mdv. 321; L. 187. — ¹⁰⁾ „trude derca Slingtaul“.
— ¹¹⁾ cui quam = nam quoniam si; se ovfr. III, 1.

V.

T. Pomponius Atticus, Ciceronis amicus, quanis esset prudentia atque bonitatis, bello civili, quod mortem Cæsaris secutum est, maxime ostendit. M. Antonius hostis judicatus Italia cesserat; apes restituendi ejus¹⁾ nulla erat. Non solam inimici 5

Antonii, qui tum erant potentissimi et plurimi, sed etiam alii, qui adversariis ejus se dabant²⁾ et in eo iudeando aliquam consecuturos se sperabant communitatem, Antonii familiares insequebantur, uxorem 10 Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebunt, liberos etiam existimare parabant. Atticus, quam Ciceronis intima familiaritate niteretur et amicissimus esset Bruto, non modo nihil iis induxit³⁾ ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe 15 profugentes, quantum potuit, texit, quibus rebus indignaverunt, adjuvit, ipsi autem Fulvius summa diligentia officium suum praestitit, aperiens se non fortunae sed hominibus solere esse amicum. Quae quum faciebat, nemo enim temporis causa facere 20 poterat existimare; nemini enim in opinionem veniebat, Antonium mox rerum politurum; sed ut scutum⁴⁾ is a nonnullis optimatibus injuste reprehendebatur, quod param odisse malos cives videretur. Ille autem, sui judicij⁵⁾, potius, quid se facere par⁶⁾ esset, 25 intuebatur, quam quid alii laudaturi forent.

Conversa subito fortuna est. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum foro putabat propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. Itaque sub adventu triumvirorum 30 de foro decesserat timens proscriptionem, latebatque apud P. Volumnium, Antonii amicum, cui paulo ante opem tolerat: tanta varietas iis temporibus fuit fortunae, ut modo hi modo illi in summo essent aut iustigio⁷⁾ aut periculo. Habebat secum Q. Gellium 35 Cantum, equalem simillimumque sui; nam hoc quoque est Attici honestatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo⁸⁾ cognorat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam iniacitam amicitia eorum creverit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Cicero-

ronem, ut non solum ei sed etiam omnibus ejus amicis easet inimicus eosque vellet proscribere multis horribilibus, tamen Attici memor fuit officii et si, quum requisisset, ubinam esset, sua manu scripsit, ne timeret statimque⁹⁾ ad se veniret; se eum et illius causa Canum de proscriptorum numero exemisse. 45 At ne quod periculum incideret, quod noctu veniebat, presidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, praesidio fuit, quum appareret eum nullam sejunctam sibi ab eo velle fortunam. Quodsi¹⁰⁾ gubernator praecepsa lande fertur, qui navem ex hinc marique scopulo servat, cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus¹¹⁾ ad incolumitatem pervenit?

(Cornelius Nepos.)

¹⁾ „at han skulde blive gennindset i sine Rettigheder“. — ²⁾ „gav sig i (stres) Sold“ — ³⁾ „viste sig føjelig overfor“ . . . — ⁴⁾ „sandsvag Gamling“ — ⁵⁾ „fulgte sit eget Hoved og“ . . . — ⁶⁾ = aquam. — ⁷⁾ „Magtens Tinde“ — ⁸⁾ se Lex. Iudic. 2. — ⁹⁾ que her = „men“ — ¹⁰⁾ Mdv. 396; L. II, 98, 4. — ¹¹⁾ „politiske“.

VI.

In eo bello, quod Caesar cum Pompejanis in Africa gessit, navis ex Caesaris classe errabunda ac tempestate delata ad Aegimiarum¹⁾ a classe Pompeianorum, cui praecor. P. Attius Varus, capta est; in qua milites veterani cum uno centurione fuerunt, 5 quos Varus adservatos²⁾ sine contumelia deducendos curavit ad Scipionem³⁾ imperatorem. Qui, postquam ad eum pervenerant et ante tribunal constiterunt: „Non vestra“ inquit „sponte vos certo scio, sed illius exelerati vestri imperatoris impulsu et imperio 10 coactos optimum quemque⁴⁾ consecutari; itaque, quo-

niam vos fortuna in nostram detulit potestatem, si id quod facere debolis, rem publicam cum optimo quoque defendetis, certum est vobis vitam et pecuniam donare. Quapropter, quid sentiat, proloquimini." Hac habita oratione Scipio, quem existimat pro suo beneficio sine dubio ab his gratias sibi actum iri, potestatem illis dicendi fecit. Ex his centurio: "Pro tuo" inquit, "stimo beneficio, Scipio, 20 tibi gratias ago, quod mihi belli jure capto vitam incolumitatemque polliceris; et forsitan iteror isto beneficio, si non ei tumulum seclus adjungeretur. Egone contra Cesarem, imperatorem meum, ejusque exercitu, pro cuius dignitate victoriaque toties 25 armis depugnavi, armatas consistam? Nequus ego istud facturna sum, et te magnopere, ut a bello desistas, adhortor. Contra eujusmodi enim copias contendas, si minus antea expertus es, licet nunc cognoscas. Elige ex tuis cohortem viam, quam 30 putas esse firmissimum, et constitue contra me; ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc in tua potestate tenes, non amplius decem sumam: tunc intelleges ex virtute nostra, quid ex tuis copiis sparare debeas." Postquam haec centurio adversus 35 opinionem ejus est locutus, ira percitus Scipio admittit centurionibus suis, quid fieri vellet; qui mox ante pedes ejus centurionum Cæsar's interfecerunt. Deinde reliquos veteranos demonstrans: "Abducite istos" inquit, "nefario suclere contaminatos et cœda civium 40 saginatos"; que quum dixisset, extra vallum deducti sunt et omnes crudeliter interfici.

(Auctor bellis Africis.)

¹⁾ Regionas er en Ø i Havet udanfor Kartago. — ²⁾ „under Bevægning". — ³⁾ Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio, Pompejus' Svigerfader, var Pompejanernes Overbefor i Afrika. — ⁴⁾ „Statens bedste Mand".

VII.

Mos olim securioribus Roma fuit in curiam cum praetextatis¹⁾ filii introire. Illo tempore hoc accidisse Cato narraverat, quod apud A. Gellium legimus. Qnum in senata res major quæpiam consultata atque in diem posterum prolatæ esset, placuisseque patribus, a sancti rom, super qua tractaverint, ne quis emuntarent, prius quam decreta esset, mater Papirii pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, peronata est filium, quidnam in senatu patres egissent. Puer respondit, facendum esse, neque id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior; secretum rei et silentium pueri animum ejus ad inquirendum extimulat; querit igitur instantius vehementiusque. Tum puer matre urgente lepidi atque festivi mendacii consilium cepit; scilicet esse in senatu dixit, utrum videretur utilias magisque ex re publica²⁾ esse, unum ut duas uxores haberet, an et una apud duos nupta esset. Hoc illa ubi audivit, animo expavescit, et domo trepidans egreditar ad ceteras matronas. Convenit ad senatum postridie matram familias³⁾ caterva; lacrimantes atque obsecrantes orant patres in curiam ingredientes, ut una potius duabus nupta fieret, quam ut uni duas. Senatores, que illa maliciam intemperies⁴⁾ esset, et quid sibi hæc postulatio vellet, mirabantur. Tum puer Papirius in medium curie progressus, quid 25 mater audire instisset, quid ipse matri dixisset. rem denique omnem, sicut fuerat acta, narrat. Senatus fidem atque ingenium pueri admiratus consultum facit, ne posthac pueri cum patribus curiam introcant præter illum unum Papirium. 30

¹⁾ — nondum adultis. — ²⁾ se Lex. e. h. — ³⁾ Mdv. 21 An. 1; L. II, 2. a. — ⁴⁾ „Uvæsen".

VIII.

Quum esset lex Athenis, ne quis populi scitum faceret¹⁾, ut quisquam corona donaretur in magistratu, prius quam rationes retinisset, et altera lex, eos, qui a populo corona donarentur, in contione donari debere. Demosthenes curator muris reficiendis fuit eosque refecit pecunia sua. De hoc igitur Ctesiphon quidam populi scitum fecit, nullis dum²⁾ ab illo rationibus relatis, ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro (qui locus non est 10 contionis legitima), atque ita prædicaretur, cum donari virtutis ergo³⁾ benevolentiaeque, quam is erga populum Atheniensem haberet. Hanc deinde Ctesiphontem in judicium adduxit Æschines, quod contra leges scriptisset⁴⁾, ut et rationibus non relatis corona 15 donaretur et in theatro, et quod de virtute ejus et benevolentia falsa scripsisset, quoniam Demosthenes nec vir bonus esset nec bene meritus de civitate. Sed causa accusandi fuit Æschini⁵⁾, quum ipse olim a Demosthene esset capititis accusatus, ut inimicum 20 ulcisceretur nominisque Ctesiphontis judicium fieret de factis famaque Demosthenis; itaque hic defensionis partes suscepit. Ad hoc judicium propter oratorum famam concursus dicitur e tota Graecia audiendi causa factus esse; egregiis utrinque habitis orationibus Ctesiphon omnibus fere sententiis absolutus est.

Quum igitur Æschines propter ignominiam judicii cessisset Athenis et se Rhodum contulisset, rogatus a Rhodiis legisse fertur orationem illam egregium, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat; qua perfecta psittacum ab eo est, postridie ut legeret illum etiam, quo erat contra ab Demosthene pro Ctesiphonte dicta. Quam quin

suavissima et maxima voce legisset, admirantibus omnibus: „quanto” inquit „magis miraremini, si 35 audissetis ipsum!” (Cicero.)

¹⁾ facere — „farnuldige verfügen” . . . — ²⁾ „inden endnu neget”. — ³⁾ so Lex. ergo, 1. — ⁴⁾ scribere — „verfassen”. — ⁵⁾ = Sed hoc consilio cum accusavit Æschines.

IX.

Fuit Athenis adolescens quidam Polemo adeo perdite luxuriae¹⁾, ut non illecebris ejus tantummodo, sed etiam ipsa infamia gauderet. Ille quam ex convivio, non post occasum solis sed post ortum, surrexisset domumque rediens Xenocratis philosophi²⁾ patentem januam vidisset, vino gravis, unguentis delibutus, sertis capite redimito, perlucida veste amictus refertam turba doctorum hominum scholam ejus intravit. Nec contentus tam deformi introitu consedit etiam inter auditores, ut Xenocratis disputationem³⁾ clamoribus turbaret et prudentissimorum pœceptorum auctoritatem temulentias⁴⁾ lasciviis elevaret⁵⁾. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatio; sed Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omissaque re, de qua disserebat, de modestia ac 15 temperantia loqui coepit. Cujus sermonis gravitate paulatinus resipiscere coactus Polemo suiquo penitens primum coronam capite detractam projectit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore convivalium oris hilaritatem depositus, ac 20 velut ex alto somno expergefactus se ipsum, quomodo adfectus esset, inspexit vitamque dominavit superiorum. Atque ita factum est, ut totam luxuriam exueret uniusque orationis saluberrima medicina sanatus ex infami ganeona gravissimus philosophus 25

evaderet. Qui postea tantus in philosophia exstitit, ut dignus existimaretur, qui Xenerati in magisterio scholæ succederet. (*Valerius Maximus*.)

¹⁾ „som ført et saa ryggeslæt udeværende Liv“. — ²⁾ „Foredrag“. — ³⁾ „Drukkenskab“. — ⁴⁾ „nøjsomhed, nedbryde“.

X.

Selenciragis filius Antiochus neverca Stratonices infinito amore correptus, memor, quam improba cupiditate arderet, nefandum amorem pia dissimulatione tegere¹⁾ studiebat. Sed diversi affectus, summa cupiditus et maxima verecundia, eodem pectore inclusi interque se luctantes efficerunt, ut ad ultimam tabem corpus ejus redigeretur²⁾. Jacobus igitur ipse in testulo moribundo similis; lamentabantur necessarii; paler morore prostratus de obitu unici filii deque sua miserrima orbitate cogitabat. Sed hanc tristitiae nubem Erasistrati medici providentia discussit. Quum enim juxta Antiochum sedens animadvertisset, adolescentem ad introitum Stratonicae rubore perfundi et spiritu increbrescere³⁾ eademque⁴⁾ egrediente pallescere et sedatiorem anhelitum subinde recuperare, curiosiore observatione ad ipsam veritatem penetravit. Dextra enim manu cordi adolescentis imposita omnes, qui in domo regis erant, deinceps intro vocabat. Ceteris omnibus intrantibus Antiochus plane tranquillus manebat; adveniente vero neverca et colorem mutabat et incipiebat sudare et tremore corrripiebatur, et cor ei palpitabat. Haec quin fierent, manifestum medico morbum ejus reddidere; atque ita illum sanavit. Vocato Seleucu vehementer anxi: „Hic morbus“ inquit, „quo filius tuus laborat, non morbus est;

nihil enim dolet; sed amor eum tenet et amans. Concupisit enim, quod numquam consequetur; nam meam amat uxorem, quam ego nullo modo a me dimittam.⁵⁾ Haec Erasistratus astu quedam commen-
tus est; at Seleucus statim precibus enim fatigans: „Per tuam“ inquit „sapientiam et medicinae peritiam, noli filium mihi perdere; neque enim sponte hoc tenetur malo, sed morbus eum invitum arripuit. Noli ergo uxorem tuam ei denegando universo regno 35 luctum excitare, nec, quum sis medicus, arti tuis necis hujus infamiam conciliare?“ Sic ille rei imprudens orabat; at medicus ita respondit: „Nefarium est, quod studiose petis, matrimonium mibi meum auferens et vim medico exhibere paruns; sed so-
tu, qui⁶⁾ istud me flagites, quid tandem ipse faceres, si tuo uxori desiderio teneritur?“ Ad haec ille neque se axori unquam parsurum⁷⁾ neque filio salutem invisurum dixit; etiamsi is nevercam suam con-
cupisceret; neque enim sequalem esse calamitatem 45 uxorem umittere et filium. Haec ut audivit medicus, „Quid ergo“ inquit „me rogas? tuam enim uxorem iste concupisit; que autem modo dicebam, conficta erant omnia.“ Tum Seleucus verbis ejus obsecutus et uxorem et regnum filio reliquit, ipse vero in 50 Babyloniam dissecessit.

(*Valerius Maximus et Lucianus*.)

¹⁾ pia d. tegere — „af senlig Herbedighed (pia) at skjule (d. t.)“ — ²⁾ ad tabem redigi = „hentesere“. — ³⁾ „hans Aan-
drodt blev heldig og urelig“. — ⁴⁾ se ovfr. IV, 2. — ⁵⁾ in-
conciliare = „bringe Vansere over“, — ⁶⁾ se ovfr. IV, 7. — ⁷⁾ pareere her emtrænt — „holde fast på“.

XI.

Trichonem equitem Romanum, quia filium suum flagellis occiderat¹⁾, populus graphiis²⁾ in foro

confudit; vix illum Augusti Cæsaris auctoritas infestis tam patrum quam filiorum manibus eripuit^{4).}
 5 At Tarium, qui filium, deprehensum in parricidii consilio, damnavit causa cognita⁴⁾, nemo non suspexit, quod, contentus⁵⁾ exilio et exilio delicto, Massiliam parricidiam continuat et annua illi præstitit, quanta præstare integro⁶⁾ solebat: hæc liberalitas effecit,
 10 ut in ea civitate, in qua numquam deest patronus pejoribus, nemo dubitaret, quin reus merito damnatus esset, quem⁷⁾ is pater damnare potuisse, qui odisse non poterat. Nec minus bonum principem se in hac re Augustus præstiterat, quam Tarus se
 15 bonum patrem præstibit. Cognitrus enim de filio Tarus advocavit in consilium⁸⁾ Cæsarem Augustam. Venit Cæsar in privatos penates, adseddit, pars alieni consilii fuit; non dixit: „immo in meam domum veniat”, quod si⁹⁾ factum esset, Cæsaris futura erat
 20 cognitio¹⁰⁾, non patria. Audita causa excusisque omnibus, et iis, quæ adolescentes pro se dixerat, et iis, quibus arguebatur, petiit, ut sententiam suam quisque scriberet, ne ea omnium fieret, quæ Cæsaris fuisset; deinde scripsit filium relegandum, quo patri videretur.
 25 Non cullem¹¹⁾, non carcерem decrevit¹²⁾, memor, non de quo censeret, sed cui in consilio esset; mollissimo genere poue contentum esse debere patrem dixit in filio adolescentulo, impatio ab aliis in id seclus, in quo se etiam timide gressasset; debere illum ab urbe et a
 30 parentis oculis submoveri. O dignam, quem in consilium patres advocarent! Hæc clementia principem decet: quocumque venerit¹³⁾, mansuetiora omnia faciat. (Seneca.)

⁴⁾ flag. occiderat: „havde ladet pleie ihjel”. Om patria potestas hos Romerne se Th. K., S. 68. — ⁵⁾ Disse kunde godt bruges som Dolke („Stiletter”), — ⁶⁾ vix.. eripuit: „havde nær

ikke kunnæt rive ham ud”. — ⁷⁾ „efter at have undereøgt Sagen” sammen med et Slægtingeraad, ligesom ved en Domstol. — ⁸⁾ „idet han lod sig nøje med (at idemne ham)”. — ⁹⁾ — ¹⁰⁾ ante culpam ejus. — ¹¹⁾ se ovf. IV, 7. — ¹²⁾ „indbed til at deltage i Familieraadet”. — ¹³⁾ quod si = „Om hvilz det”. — ¹⁴⁾ Cæsaris f. e. cognitio — „vilda det være blevet C., der var kommen til at lede Undersøgelsen”. — ¹⁵⁾ Se Cic. pro S. Rose. § 70. — ¹⁶⁾ „største for”. — ¹⁷⁾ Mdv. § 295 Ann. 1; E. 145.

XII.

Ex Cicovania oratione pro Ca. Plancio.

Non versor, ne mihi aliquid judices, videar adrogare, si de quæstura¹⁾ mea dixerō²⁾; . . . quævis enim illa florerit³⁾, tamen sum me postea fuisse: in maximis imperiis arbitror, ut non ita multum mihi gloria sit ex quæsturæ laude repetendum⁴⁾; sed tamen non vercor, ne quis audeat dicere ullius in Sicilia quæsturam aut clariorem aut gratiorem fuisse. Vere mehercule hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines aliud Romæ nisi⁵⁾ de quæstura meo loqui. Frumenti in summa caritate maximum numerum Romanum miseram; negotiatoribus visus eram eonis, mercatoribus justus, paucipibus⁶⁾ liberalis, sociis abstinentis, omnibus in omni officio diligentissimus; excogitati quidam erant a Siculis honores in me inauditi. Itaque hæc spe decedebam, ut mihi populum Romanum: ultro omnia delatarum putarem. At ego quum diebus eis itineris⁷⁾ faciendi causa, decedens e provincia, Puteolos forte venissem, quum plurimi et laetiissimi⁸⁾ in eis locis solent esse⁹⁾, concidi pæne, judices, quum ex me quidam quæsissem¹⁰⁾, quo die Roma exissem, et num quidam esset novi. Cui quum respondissem me e provincia decedere; „Etiam¹¹⁾”, mehercule inquit; „ut opinor, ex Africa.” Huic ego, juuñ stomachans,

25 fastidiose: „Immo ex Sicilia“ inquam. Tum quidam, quasi omnia sciret: „Quid? tu nescia“ inquit „hunc questorem Syracusis fuisse?“ — Quid multa?¹³⁾ destiti stomachari et me unum ex eis feci¹⁴⁾, qui ad aquas venissent. Sed ea res, judices, hanc scio 50 an¹⁵⁾ plus mihi profuerit, quam si mihi tum essent omnes gratulati; nam postea quam sensi populi Romani aures hebetiores, oculos autem esse aores atque acutos, destiti, quid de me audituri essent homines, cogitare; feci, ut postea quotidie presentem 55 me viderent: habuitavi in oculis, pressi forum¹⁶⁾, neminem a congressu meo neque janitor meus neque somnus absterruit. Eequid ego dicam de occipitali meis temporibus¹⁷⁾, cui¹⁸⁾ fuerit ne otium quidem umquam otiosum? Etenim M. Catonis illud, quod 40 in principio scripsit: ‘Originum suarum, semper magnificum et preclarum putavi: clarorum hominum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem¹⁹⁾ existere oportere.

¹³⁾ Ciseron hekledte Aar 75 den ene af de to Sjællandske Questurer, nemlig den i Lilybæuum. — ¹⁴⁾ se ovfr. XII, 14. — ¹⁵⁾ „har været højt ansæt“. — ¹⁶⁾ „et.. repætendum“ — „at jeg ikke i synderlig (sta) storf Maal bøhver at suge mit Åbre i..“ — ¹⁷⁾ „nihil aliud nisi, se Mdv. 422 Ann. 2; L. II, 126, 4 Sl. — ¹⁸⁾ „Skatteserpagterne“. — ¹⁹⁾ „Lystejse“. — ²⁰⁾ „fne Folk“. — ²¹⁾ nemlig for at bruge Hadene i Patzoli og det nærliggende Bajie. — ²²⁾ pas Dansk Datið. — ²³⁾ se Lexik. etiam 9. — ²⁴⁾ Mdv. 422 Ann. 1; L. II, 126, 4. — ²⁵⁾ feci — „gav mig Mine af at være“. — ²⁶⁾ Mdv. 400, Ann. 1; L. II, 93, n. — ²⁷⁾ „væg ikke fra Tervet“. — ²⁸⁾ acc. tempora — „Arbejdstider“. — ²⁹⁾ se ovfr. IV, 7. — ³⁰⁾ „Regnskab, Redegørelse“.

XIII.

Anno u. o. m. lxxxv Alexandrinii legati ab Ptolomeo et Cleopatra regibus Ægypti missi Romam ad sena-

tum venerant. Sordidati, barba et capillo promisso, cum ruanis oleo¹⁾ ingressi curiam procubuerunt; et oratio eorum quam habitus fuit miserabilior. Antiochus Syrise rex bellum cum iis gerens et ad Pelusium navali pælio superior fuerat et, ponte per Nilum facto, transgressus cum exercitu obsidione ipsam Alexandream terrebat; nec procul abesse, quin potiretur regno opulentissimo, videbatur. Ea legati 5 querentes orabant patres, ut opem regno regibusque amicis imperio Romano ferrent. Ea merita populi Romani in Antiochum, eam apud omnes reges gentesque anctoritatem esse, ut, si legatos misissent²⁾, qui denuntiarent, non placere senatu sociis regibus bellum fieri. Antiochus extemplo abscessurus a monibus Alexandeæ abductusque exercitum in Syriam esset. Quod si cunctentur facere, brevi extorres regno Ptolemaeum et Cleopatram Romanum venturos, cum pudore quodam³⁾ populi Romani, 20 quod nullam opem sociis in ultimo discrimine fortunarn talisset.

Moti patres precibus Alexandrinorum extemplo C. Popilium Lenatum duosque alios legatos ad finiendum inter reges bellum miserunt; Antiochum 25 adire jussi sunt et nuntiare, ni absisteret bello, cum non pro amico nec pro socio populum Romanum habitaram esse. Legati quum Ægyptum venissent, ad Eleusinem, qui locus quattuor milia ab Alexandria abest, Antiocho regi occurserunt. Quos quoq; rex advenientes salutasset, dextramque Popilio porrigeret, tabellas ei Popilius senatus consultum scriptum habentes tradit atque omnium primum id legere jubet. Quibus perfectis quum rex se adhibitis amicis consideraturum, quid faciendum sibi esset, 30 dixisset, Popilius, qua⁴⁾ fuit asperitate animi, virga,

quam in manu gerebat, circumscrispsit regem ac: „Prins quam hoc circulo excedas“ inquit, „reddere responsum, senatum quod referam.“ Obstupefactus tam violento imperio rex, parumper quum hiscitasse, „Faciam“ inquit, „quod censem²⁾ senatus.“ Tum demum Popilius dextram regi tumquam socio atque amico porrexit. Die deinde statuta quum excessisset Aegypto Antiochus, legati Romam reverterunt. Clara ea per gentes legatio fuit, quod haud dubie adempta Antiocho Aegyptus jam habenti redditumque patrium regnum stirpi Ptolomei fuerat.

(Liviis.)

¹⁾ som Tegn pan, at de kom som supplicia. — ²⁾ se ovir. 1, 6. — ³⁾ com... quodam = „ikke helt uden“. — ⁴⁾ Mdv. 303; L. II, 105, c. — ⁵⁾ „forlanger“.

XIV.

L. Minucii Basili, locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Græcia, ubi mortuus erat, Romam attulerunt; quod quo facilius obtinerent¹⁾, scripserant heredes secum M. Crassum et Q. Hortensiam, homines ejusdem etatis potentissimos. Qui quum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent consciæ culpe, alieni facinoris munusculum non repudiaverunt. Quid ergo? scitum est hoc, ut²⁾ non delinquisse videantur? Mihi quidem non videatur. Etenim si is, qui non defendit injuriam neque propulsat, quum potest, injuste facit, qualis habendus est is, qui non modo non repellit sed etiam adjuvat injuriam? Mihi quidem etiam veræ³⁾ hereditates non honestas videntur, si sunt malitiosis blanditiis officiorumque simulatione quesitæ. Atque in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum

videri solet: falso; nam eadem utilitatis, quo honestatis, est regula. Qui hoc non pviderit⁴⁾, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans: est istuc quidem honestum, verum hoc expedit⁵⁾, res a natura copulatas audebit errore divellere, qui fons est fraudum, maleficiorum, acerium omnium. Itaque, si vir bonus habeat⁶⁾ hanc vim, ut, si digitis concrepuerit⁷⁾, possit in locupletium testamenta nomen ejus irreperere, haec vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem immquam suspicatur. At dares⁸⁾ hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse ei, cui re vera non esset heres: in foro, mihi crede, saltaret. Homo autem justus isque, quem ‘virum bonum’ intellegimus⁹⁾, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. (Cicero.)

¹⁾ obtainere (testamentum): „faa dets Gyldighed anerkendt“. — ²⁾ ut — „til, at“, sluttende sig til satte. — ³⁾ retmæssig runden“. — ⁴⁾ Mdv. 295, Ann. 1; L. II, 82 d. — ⁵⁾ „skulde faa“; Mdv. 306 c; L. 201. — ⁶⁾ „knipse“. — ⁷⁾ Om Impf. Koej. se Mdv. 303 og 303 a 81.; L. 134, b. — ⁸⁾ „som vi mener, naar vi taler om en v. h.“.

XV.

Sub finem sexti de re publica libri Cicero Scipionem Africanum minorem hæc narrantem inducit:

Quum in Africam venissem M'. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus militum, nihil mihi fuit potius, quam ut Masinissam convenirem regem, familie nostræ justis de causis amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex collacrimavit, aliquantoque post suspexit ad celum et: „Gratias“ inquit „tibi ago, summe Sol, vobisque, reliqui caelites, 10

quod ante, quam ex hac vita migrari, conspicio in
meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem,
cujus ego nomine ipso¹⁾ recreor: illa nuncquam ex
animo meo discedit avi hujus; optimi atque invic-
tissimi viri, memoria.²⁾ Deinde ego, illumi de suo
regno, ille me de nostra re publica percontatus est;
multisque verbis ultrò extroque habitis³⁾ ille nobis
est consumptus dies. Post autem apparata regio
accepti⁴⁾ sermonem in multam noctem produximus,
20 quum senex nihil nisi de Africano loqueretur omnia-
que ejus nou facta solam sed etiam dicta memi-
nisset. Deinde, ut cubitum discessimus, me, et de
via fossum et qui⁵⁾ ad multam noctem vigilassem,
arior, quam solebat, somnus complexus est.

Hic mihi (credo eisdem ex hoc, quod eramus
locuti; sit enim sere, ut cogitationes sermonesque
nostrí pariant aliquid in sonno tale) Africanus se
ostendit ea forma, quæ mihi ex imagine ejus⁶⁾ erat
nota. Quem ubi agnovi, eisdem cōhorui; sed ille:
„Ades⁷⁾ inquit „suum⁸⁾ et omittē timorem, Scipio,
et, quæ dicam, trade memorie. Videsne illam
urbem, que parere populo Romano coacta per me
renovat pristina bella nec potest quiescere?⁹⁾ (Ostende-
bat autem Carthaginem de excelso et pleno stellarum
35 illustrum loco.) „Hanc urbem, ad quam tu oppug-
nandum nunc venis p̄ne miles¹⁰⁾, hoc biconio¹¹⁾ consul
evertes, critque cognomen id tibi per te partum,
quod habes adhuc a me hereditarium. Quum autem
Carthaginem deleveris, triumphum egeris censorque
40 fueris et obieris legatus Agyptum, Syrium, Asiam,
Græciam, deligero iterum consul absens bellumque
maximum conficies, Numantiam excrides. Sed quam
eris curru in Capitolium invictus¹²⁾, offendes¹³⁾ rei
publicam consiliis perturbatum nepotis mei¹⁴⁾. Ille

tū, Africane, ostendas oportebit patrī lumen animi, 45
ingenii consiliique tui. Tunc enim in te unum
atque in tuum nomen se tota convertet civitas; te
senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur;
tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus; ac, ne
multa¹⁵⁾, tu dictator rem publicam constitutas opor-
tet, si impias propinquorum manus effugoris. Sed
quo sis, Africane; alacrior ad tutandam rem publi-
cam, sic habeto¹⁶⁾; omnibus, qui patriam conser-
vaverint, adjuverint auxerint, certam esse in celo
definitum locum, ubi beati sevo sempiterno fruantur. 55
Nam illi principi deo, qui omnem mundum regit,
nihil, quod quidem¹⁷⁾ in terris fiat, acceptius est
quam concilia octasque hominum jure sociati, quæ
civitatis appellantur; harum rectores et conservatores
hinc profecti, hunc revertantur.¹⁸⁾

¹⁾ „histo“. — ²⁾ Mdv. 882 Ann.: „medens vi vekslede
mange Ord med hinanden“. — ³⁾ accipit her = „beværtet“,
— ⁴⁾ se ovfr. IV, 7. — ⁵⁾ d. v. s. hans Voksmasko, der stod
i Familiens Atrium; se Th. K. S. 27. — ⁶⁾ adesse asino her =
„være fættet“. — ⁷⁾ miles = „menig Kriger“. — ⁸⁾ „inden to
Aar fra nu af“. — ⁹⁾ se Th. K. S. 88. — ¹⁰⁾ se Lex. offendere, 2, a.
— ¹¹⁾ Tis. Græchus, Son af den veldro Scipio Datter Cor-
nelia. Hun og hendes Barn C. Græchus og Sempronius, den
yngre Scipio Hustru, mistænktes sonere for at have for-
valt det dødes Bed. — ¹²⁾ se ovfr. XII, 12. — ¹³⁾ „var over-
bevist om“. — ¹⁴⁾ Mdv. 819, Ann. 2; L. II, 103 c.

XVI.

Anno u. c. DLXV Cn. Manlius Vulso consul cum
Gallis in Asia bellum gesturus pro contione milites
in hunc maxime modum allocutus est: „Non me
præterit, milites, omnium, que Asiam colunt, gen-
tium Gallos fama belli præstare. Inter mitissimum 6
genus hominum ferox natio, pervagata bello prope
orbem terrarum, sedem cepit. Procera corpora, pro-

missæ et rutilatæ copæ; vasta scuta, prælongi gladii;
ad hoc cantus ineuntium proslium et ululatus; et
10 triplaudia et quatiuentum scuta in patriam quendam
modum horrendns armorum crepitus; omnia de
industria composita ad¹⁾ terrorem. Sed haec illi,
quibus insolita atque insveta sunt; Grieci et Phryges
et Caros, timeant: Romanis Galici tumultus.²⁾
15 assveti, etiam vanitates³⁾ nota sunt. Semel primo
congressu ad Aliam eos olim fagerunt majores nostri;
ex eo tempore per ducentos jam annos pecorum in
modum consternatos cedunt⁴⁾ fugantque, et plures
prope de Gallis triumphi quam de toto orbe terra-
20 rum acti sunt. Jam⁵⁾ usq; hoc cognitum est: si pri-
mum impetum, quem fervido ingenio et cæca ira
affundunt⁶⁾, sustinueris, fluant⁷⁾ sudore et lassitudine
membra, labant arma; mollia corpora, molles, ubi
ira consedit, animos sol pulvis sitis, ut⁸⁾ ferrum non
25 admoveas, prosternunt. Non legionibus legiones
eorum solum experti sumus; sed, vir unus cum viro
congrediendo⁹⁾, T. Manlius, M. Valerius¹⁰⁾, quantum
Gallicam rabiem vinceret Romana virtus, docuerunt;
quin etiam M. Manlius unus agmine scandentes in
30 Capitolium detrusit Gallos. Et illis majoribus nostris
cum haud dubiis¹¹⁾ Gallis, in sua terra genitis, res
erat; hi jam degeneres sunt, mixti et Gallograeci
vere, quod appellantur. Nolite existimare beluas
tantum, quam diu manibus hominum alantur, mite-
35 scere, in hominum feritate moleenda non eundem
nature vim esse. Eosdemne hos creditis esse, qui
patres eorum avibus fuerant? Extortæ, inopis agro-
rum profectos domo, accipit terra, quo copia omnium
rerum sagittaret; uberrimo agro¹²⁾, mitissimò cælo,
40 clementibus accolarum ingenis omnis illa, cum qua
venerant, mansuetæ est feritas. Magis vereor, ne

parum ex his superatis¹³⁾ gloriæ, quam no nimium
belli sit. Hoc tamen feliciter evenit¹⁴⁾, quod, sicut
vim adversus vos nequaquam, ita famam apud Græ-
cos parem illi antiquæ obtinent¹⁵⁾, cum qua vene-
runt; bellique gloriæ victores¹⁶⁾ sandem inter socios
habebitis, quam si servantes antiquum habitum ani-
morum Gallos vicissetis.¹⁷⁾ (Livius.)

¹⁾ *composita ad* = „beregnet pas at frankalde”. —
²⁾ „Kamp“; — ³⁾ *etiam vanitates*, sc. *Galli tumultuum*: „og dermed ogsaa de med dem forbundne e.“ — ⁴⁾ Mdv. 269, Ann.; L. 129. — ⁵⁾ „fremdeles“; det. figd. *hoc henviser til Perioden si primum osv.* — ⁶⁾ se Lex. effundo, 3, a; fluo, 4 b. —
⁷⁾ „selv om“. — ⁸⁾ *vir..congrediendo* — „i Tvekamp, Mand med Mand“. — ⁹⁾ T. M. Torquatus, M. V. Corvus. — ¹⁰⁾ *haud dubiis* — „rigtige, segte“. — ¹¹⁾ „ved Laudets Rigdom“. —
¹²⁾ Mdv. 378; L. II, 26. — ¹³⁾ *Hoc..evenit* = „dog er der den heldige Omstændighed ved Sagen“. — ¹⁴⁾ *Ordene parem illi antiquæ obtinent here* ogsaa til den foregående Modsatning med *sicut*; *sicut..ita* = „medens..saa“. — ¹⁵⁾ *victores* = *si viceritis*.

XVIII.

Primus e medicis venit Romam ex Peloponneso Archagathus Lysanis filius anno u. c. DXXV, eique jus Quiritium datum est: et taberna empita publice, ubi artem exerceret. Mire gratus adventus ejus fuit initio; sed mox ob saevitiam secundi urendique car-
nifex vulgo vocatus est, et ipsa ars omnesque medici in teedium venerunt. Id olirissime intellegi potest ex M. Catone, cuius verba ipsa¹⁾ afferemus ex libris *de medicina*, quos ad filium suum scripsit. „Dicam“ inquit „suo loco, Marce fili, de istis Graecis quid 10 Athenis exquisitum habeam; et quod horum sit²⁾ illorum litteras inspicere, non perdiscre, vineam³⁾. Nequissimum et inutile est genus illorum; et hoc puta vatem dixisse⁴⁾: quandoque ista gens suas lit-
teras dubit⁵⁾, omnia corruptet, tum⁶⁾ etiam magis, 15

si⁶) medicos suos hue mittet. Jurarunt inter se barbaros omnes necare medisini, et hoc ipsum mercede facient, ut fides iis habeatur et facile disperdant.⁷ Quid ergo? damnatam a Catone rem utilissimam 20 credimus? Minime hercules; subicit⁸) enim, qua medicina se et conjugem usque ad longam senectatem perduxerit, profiteturque esse commentarium sibi, quo medeatur filio, servis, familiaribus. Non rem antiqui damnabant, sed artem⁹); maxime vero 25 quiescum fieri manupretio vite servandæ nolebant. Et solam hunc artium Græcarum nondum exercet Romana gravitas; in¹⁰) tanto fructu paucissimi Quiritium attigerunt eam, et ipsi statim ad Græcos transfugerunt. Neque enim auctoritas ullis est nisi 30 Græcoe eam tractantibus, etiam apud imperitos expertesque lingua Græcia, ac minus eruditus medicis, si intellegant. (*Plinius.*)

⁶) ipso = „egne“. — ⁷) quod bonum sit = bonum esse. — ⁸) se Lex, vices, 2 d. — ⁹) et... dixisse: „og betragt det, jeg nu vil sige, som et profetisk Ord“. — ¹⁰) „skaffer Indpas“; Mdv. 294 Ann.; L. 146. — ¹¹) hem.. si: „(sterlig) i det Tilfælde, at“. — ¹²) se Lex. subficio, 1, 6. — ¹³) „den kunstneriske (og haandverksmæssige) Udevelsu“. — ¹⁴) is = „til Trods for“, „skant den yder“.

PARTICULA II.

I.

Exemplum controversiarum¹⁵), in quibus conjectura verum queritur, Cicero hoc ponit:

In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quandam et secum aliquantum nummorum ferentem 5 est consecutus. Cum hoc, ut fere fit, in via sermo-

nem contulit, ex quo factum est, ut illud iter familiarius facere vellent. Quare quam in eandem tabernam devertisserint, simul cenare et in eodem loco somnum capere voluerunt. Cenati discubuerunt ibidem. Caupo autem (nam ita dicitur postea inventum, quum in alio maleficio deprehensus esset), quum illum alterum¹⁶), videlicet qui nummos haberet, animum advertisset, noctu, postquam illos artius jam, ut fit, ex lassitudine dormire sensit, accessit et alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter adpositum e vagina eduxit et illum alterum occidit, nummos abstulit, gladium cruentum in vaginam recondidit, ipse se in suum lectulum recepit. Ille autem, cuius gladio occisio erat facta, multo ante lucem surrexit, comitem illum suum inclamavit 20 semel et sepius; illum sonno impeditum¹⁷ non respondere existimavit; ipse gladium et cetera, que secum attulerat, sustulit, solus prefectus est. Caupo non multo post concilauit hominem esse occisum, et cum quibusdam deversoribus illum, qui ante 25 exierat, consequitur. In itinere hominem comprehendit, gladium ejus e vagina educit, reponit oruenum. Homo in urbem ab illis deducitur ac reus fit.

(Cicero.)

¹⁵) „Ræstifield“ til Behandling i Rhætiske Skolerne. — ¹⁶) „den sidst nævnte af de to“. — ¹⁷) „bunden, overvældet“.

II.

Anno u. o. quadragegesimo quadragesimo tertio tibicines, quia prohibiti a proximis¹⁸) censoribus erant in aede Jovis vesci (quod traditum antiquitus erat), segre passi, Tibur uno agmine abiabant, adeo ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis præcineret. Eius rei religio tenuit senatum, legatosque Tibur miserunt,

ut darent³⁾. operam, ut ii homines Romanis restituerentur. Tiburtini, benigne polliciti, priuimus acculos eos in curiam hortati sunt, uti reverterentur 10 Romam; postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingenii hominum eos adgrediuntur. Die festo alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum invitant et vino, cujus avidum ferme id genus est, oneratos sopinunt; atque ita in planstra 15 sonno vincitos coniciunt ac Romam deportant; nec prins sensere, quam plaustris in foro relictis plenos erupulse eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus, impetratoque, ut manerent, datum, ut triduum quotannis ornati eum canta atque hac, quæ nunc 20 sollemnis est, licentia per urbem vagarentur, restitutumque in sede vescendi jas iis, qui sacris praecinerent. (Livius.)

¹⁾ se Lex. proximus, 2 a. — ²⁾ Subj. er Tiburtius, udtaget af Tibur.

III.

Rhodum insulam celebratissimæ oppidumque in ea pulcherrimum ornatissimumque obsidebat oppugnabatque Demetrius, dux statis sue inlutiissimus, cui a peritis faciendi obsidii machinarumque solertia ad capienda oppida repertarum cognomentum Holocephalum fuit. Ibi in obsidione sedes quasdam publice factus, quæ extra urbis muros cum parvo praesidio erant, adgredi et vastare atque absumere igni parabat. In his sedibus erat memoratissima illa imago Ialyssi¹⁾, Protogenis manu facta, illustris pictoris, cuius operis pulchritudinem praestantiamque ira percitus Rhodiis invidebat. Mittunt Rhodii ad Demetrium legatos cum his verbis: „Quæ, malum,” inquit „ratio est, ut²⁾ tu imaginem istam velis incendio sedium facto disperdere? Nam si nos unnes

superaveris³⁾ et oppidum hoc totum caperis, imagine quoque illa integra et incolimi per victoriam poteris; si vero nos vincere obsidendo nequiveris, petimus, consideres, ne⁴⁾ tarpe tibi sit, quia non poteris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse.⁴⁾ Hoc ubi ex legis audivit, oppugnatione desita et imagini et civitati pepercit. (A. Gellius.)

¹⁾ Skyfsheros for Byen Rhodus. — ²⁾ Quæ, malum, ratio est, ut = „Hvad Mening er der dog i, at”. — ³⁾ Mdv. 235, Ann.; L. 145. — ⁴⁾ ne (sun i Udlr. vide, ne) = „om ikke”

IV.⁴⁾

Causam dicebat apud C. Julium Cæsarem ex veteranis quidam patilo violentior adversus vicinos suos et causa premebatur¹⁾. „Meministi” inquit, „imperator, in Hispania talum extorsisse te circa Sucronem²⁾. Quum Cæsar meminisse se dixisset: „Meministi” inquit „idem³⁾”, sub quadam arbore minimum Umbria spargente quum velles residere sidere⁴⁾ ferventissimo et esset asperissimus⁵⁾ locus, in quo ex rupibus aenatis unica illa arbor eruperat, quendam ex commilitonibus tibi pœnulam suam substravisce⁶⁾. Quum dixisset Cæsar: „Quidni meminerim⁷⁾? et quidem siti confectus, quia pedibus ire ad fontem proximum non poteram, repere manibus volebam, nisi commilito, homo fortis ac strenuus, aquam mihi in galea sui attulisset⁸⁾, — „Potes ergo” inquit, „imperator, agnoscere illum hominem aut illam galeam?” Cæsar ait se non posse galesam agnoscere, hominem pulchre posse, et adjecit: puto obiratus, quod se a cognitione media⁹⁾ ad veterem fabulam abiliceret: „Tū utique ille non es.” „Merito” inquit, „Cæsar, 20 me non agnoscis; nam quin hoc factum est, integer eram; poste ad Mundam in acie oculus mihi effos-

sus est et in capite lecta ossa. Nec galeam illam, si videris, agnosces; machaera enim Hispana divisa 25 est.¹⁾ Vetus illi exhibeti negotium Cesar et agellos, in quibus vicinalis via²⁾ causa rixæ ac litium fuerat, militi suo donavit. (Seneca.)

¹⁾ „han var i Knibe med sin Sug^a. — ²⁾ Mdv. 499; L. II, 50, 4. — ³⁾ — sole. — ⁴⁾ „højest ubehagelig, ubekvem“. — ⁵⁾ Mdv. 304; L. II, 93 a; et quidem — „og tilmed“. — ⁶⁾ „midt under Retsforhandlingen“. — ⁷⁾ „en Grønseøej mellem ham og hans Nabør“.

V.

Alexander apud Maracanda¹⁾ stativa habens regi-
onem, quæ appellatur Bazaira, venandi causa adiit,
Barbaræ opulentie in illis locis haud ulla sunt ma-
jora indicia quam magni nemoribus saltibusque no-
bilium ferarum greges clusi. Spatiosas ad hoc eligunt
silvas, orebris perennium aquarum fontibus amoenas²⁾; maris nemora cinguntur turresque habent vénantium
receptacula. Quatuor continnis etatibus intactam
saltum fuisse constabat, quem Alexander cum toto
exercitu ingressus agitari undique feras jussit. Inter
quas quinque leo magnitudinis raro ipsam regem inva-
surus incurseret, forte Lysimachus, qui postea regna-
vit, proximus Alexandro venabulum obice re fere em-
perat. Quo rex repulso et abire jusso adjecit tam a
semel uno quam a Lysimacho leonem interfici posse.
Lysimachus enim quondam, quin venarentur in Sy-
ria, occiderat quidem eximie magnitudinis feram
solus, sed lovo unero usque ad ossa lacerato ad
ultimum periculi pervenerat. Id ipsum exprobrans
ei rex fortius, quam locutus est, fecit; nam feram
non exceptit modo, sed etiam uno vulnere occidit.
Fabriam, quæ objectum leoni a rege Lysimachum
temere vulgavit, ab eo casu, quem supra diximus,

ortam esse crediderim³⁾. Ceterum Macedones, quam-
quam prospero eventu⁴⁾ defunctus erat Alexander, 25
tamen sciwere gentis sue more, ne ant pedes venare-
tur aut sine delectis principum atque amicorum.

(Curtius.)

¹⁾ nu Samarkand, Hovedstaden i Sogdiana. — ²⁾ amoenas:
„hvis Ynde foreges voi^b. — ³⁾ Mdv. 308 b; L. II, 78, b („Jeg
skulde næsten tro^c). — ⁴⁾ prosp. eventu = „heldigt“ (legl.
„med et h. Udfald“).

VI.

Notus est ille tyrannicida¹⁾, qui imperfecto
opere comprehensus et ab Hippia tortus, ut conscientio
indicaret, circumstantes amicos tyranni nominavit
quibusque maxime caram salutem ejus sciebat; et,
quoniam ille singulos, ut²⁾ nominati erant, occidi jussisset, 10
interroganti, ecquis superesset, „Tu“ inquit „solus;
neminem enim alium, cui carus esses, reliqui.“
Effecit ira, ut tyrannus tyramicida manus accom-
modaret³⁾ et præsidia sus gladio suo cederet. Quanto
animosius⁴⁾ Alexander! qui quum legisset epistulam 15
matris, quia admonebatur, ut a veneno Philippi medici
caveret, acceptam potionem non deterritus bibit;
plus sibi de amico suo credidit. Hoc eo magis in
Alexandro laudo, quia nemo tam obnoxius⁵⁾ ira fuit;
quo rarius autem moderatio in regibus, hoc laudanda 20
magis est. Fecit hoc et C. Cæsar ille, qui victoria
civili clementissima usus est: quum scrinia depren-
diisset epistularum ad Cn. Pompejum missarum ab
iis, qui videbantur aut in diversis aut in neutris
fuisse partibus, combussit. Quamvis moderate soleret 25
irasci, maluit tamquam non posse; graffissimum putavit
genus venie nescire, quid quisque peccasset. Plu-
rimum mali credulitas facit; stepe ne audiendum

quidem est; quoniam in quibusdam rebus satius est
decipi quam diffidere. (*Seneca*.)

¹⁾ Aristagiton. — ²⁾ „efterhuanden som“. — ³⁾ „nælde
en hjælpem Hannibal“. — ⁴⁾ animosius (sc. egis) — animosior
fuit (id est animosus = „den, som har Hjertet paa det rette
Sted“). — ⁵⁾ abnoxious = „en Slave af“.

VII.

Ad Prusiam regem legatus T. Quinctius Flamininus venit, quem suspectum Romanis et receptus¹⁾ post fugam Antiochi Hannibal et bellum adversus Eumenem motum faciebat. Ibi, sen quia a Flaminino inter cetera objectum Prusiae erat, hominem omnium, qui viverent, infestissimum populo Romano apud eum esse, qui patriæ sue primum, deinde, fractis ejus opibus, Antiocho regi suetor belli adversus populum Romanum fuisse; seu quia ipse Prusias, ut gratificaretur presenti Flaminino Romaniisque, per se necandi aut tradendi ejus in potestalem eorum consilium cepit, a²⁾ primo colloquio Flaminini milites extemplo ad domum Hannibalis custodiendam missi sunt. Semper talem exitum vite sue Hannibal prospexerat animo, et Romanorum inexpiabile odium in se cernens et fidei regum nihil sane frustus; Prusiae vero levitateim etiam expertus erat; Flaminini quoque adventum velut fatalem sibi horruerat. Ad omnia vindicta infesta³⁾, ut iter semper aliquod preparatum fuga haberet, septem exitus e domo fecerat, et ex iis quosdam occultos, ne custodia sapientur. Sed grave imperium regum nihil inexploratum, quod vestigari volunt, efficit; totius circuitum domus ita custodijs complexi sunt, ut nemo inde elabi posset. Hannibal, postquam est nuntiatum milites regios in vestibulo esse, postico, quod devium maxime atque

occultissimi exitus erat, fugere conatus, ut id quoque occursu militum obseptum sensit et omnia circa clausa custodijs dispositis esse, venenum, quod multo ante preparatum ad tales habebat casus, poposcit. ³⁰ „Liberemus“ inquit „diuturna cura populum Romanum, quando mortem sensis exspectare longum censerent. Nec magna nec memorabilem ex inermi proditoque Flamininus victoram feret. Mores quidem⁴⁾ populi Romani quantum mulaverint⁵⁾, vel⁶⁾ hic dies argumanto erit. Horum patres Pyrrho regi, hosti armato, exercitum in Italia habenti, ut a veneno caveret, praedixerunt⁷⁾; hi legatum consularem, qui anctor esset. Prusiae per scelus occidendi hospitis, miserunt.⁸⁾ Exsecratus deinde in caput regnumque Prusiae et hospitales deos violatae ab eo fidei testes invocans poculum exhaustus. Hic vita exitus fuit Hannibalis.

(*Livius*.)

¹⁾ receptus . . Hannibal = „den Omstændighed, at han havde givet H. Tilhold hos sig“. — ²⁾ a hor = post. — ³⁾ = quem a. u. i. sibi esse sciret. — ⁴⁾ quidem (blot udhævende mores) her nærmest = „men“. Se Lex. mala, 2. a. — ⁵⁾ vel = „alene“ (bortset fra alt andet). — ⁶⁾ udværedo farad om“.

VIII.

Quum Cæsar propius Pontum finesque Gallogracias accessisset, Dejotarus, tetrarches Gallogracis tunc quidem pomo lotus, quod ei neque legibus neque moribus concessum esse ceteri tetrarchæ contendebant, sine dubio¹⁾ autem rex Armeniæ minoris ab senatu appellatus, depositis regiis insignibus neque tentum privato vestitu sed etiam reorum habita supplex ad Cæsarem venit oratum, ut sibi ignosceret, quod in ea parte positus terrarum, que nulla praesidia Cæsaris habuisset, accessibus precibus imperiisque in Cn. Pompeji castris fuisse; neque enim se de-

buisse²⁾) judicem esse controversiarum populi Romani, sed parere presentibus imperiis. Contra quos Cæsar quum plurima sua contumelias et officia, quæ³⁾ consul ei decretis publicis tribuisset, quumque defectionem ejus nullam posse excusationem imprudentiae recipere⁴⁾ coarguisset, quod homo tanta prudentia ac diligentia scire potuisset, quis urbem Italiamque teneret, ubi senatus populusque Romanus, ubi res publica esset, 20 tamen se concedere⁵⁾ id factum superioribus suis beneficiis, veteri hospitio atque amicitiæ, dignitati etatique hominis, precibus eorum, qui frequentes concurrissent hosiles atque amici Dejotari ad deprendendum; de controversiis tetrarcharum postea se cognitorum esse dixit; regium vestitum ei restituit.

(Auctor belli Alexandrini.)

¹⁾ „næm odsigeligt“. — ²⁾ non debeo = „det tilkommer ikke mig“. — ³⁾ que.. tribuisse, forklarende Appos. til officia = „(næmlig) hvilke Ædmarkeler han havde skafet ham“. — ⁴⁾ puer & i. recipere = „kunde undskyldes med Ukyndighed“. — ⁵⁾ concedere med Dativen ber: „tilgive.. af Hensyn til“.

IX.

Anno u. c. quingentesimo sepiagesimo tertio in agro L. Petili scribae sub Janiculo, dum¹⁾ cultores altis moliuntur terram, dues lapides arcæ; ostenos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ sunt, 5 operculis plumbo devinctis. Litteris Latinis Graecisque utraque arca inscripta erat²⁾, in altera Numam Pompilium Pomponis filium, regem Romanorum, sepultum esse, in altera libros Numa Pompilii messe. Eas arcas quum ex amicorum sententia dominus 10 aperuisset, quæ titulum sepulti regis habuerat³⁾, manus inventa est, sine vestigio ullo corporis humani aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus absumptis; in altera duo fasces candalis involuti sep-

tenos habuere libros non integros modo, sed recentissima specie. Septem Latini de jure pontificio¹⁵ erant, septem Græci de disciplina sapientie²⁾, que illius statis esse potuit³⁾. Adicit Antias Valerius Pythagoricos fuisse, scilicet quia creditor Pythagore auditor fuisse Numa. Primo ab amicis, qui in re præsenti⁴⁾ fuerunt, libri lecti; mox pluribus legendis quæ vulgarentur, Q. Petilius prætor urbanus studiosus legendi libros eos a L. Petilio sumpsit⁵⁾; et⁶⁾ erat familiaris usus, quod scribam eum questor Q. Petilius legerat. Lectis rerum summis⁷⁾ quæ animadvertisset pleraque dissolvendarum religionum esse⁸⁾, 20 L. Petilio dixit sese libros eos in ignem conjecturam esse; priusquam id faceret, se ei permittere, uti, si quod seu jus seu auxilium⁹⁾ se habere ad eos libros repetendos existimaret, experiret; id integræ sua gratia¹⁰⁾ eum factarum. Scriba tribunos plebis adiit; 25 ab tribunis ad senatum res est rejecta. Prætor se jus jurandum dare paratum esse ajebat, libros eos legi servarique non oportere. Senatus censuit satis habendum, quod prætor jus jurandum polliceretur; libros primo quoque tempore in comitio cremandos 30 esse; pretium pro libris, quantum Q. Petilio prætori majorique parti tribunorum plebis videlicet, domino solvendum esse. Id scriba non accepit. Libri in comitio, igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt. (Livius.)

40

¹⁾ Mdv. 291, Ann.; L. II, 82, a. — ²⁾ litteris L. G. . . inscripta erat — „var eu l. og en g. Indskrift (som lidt paa)“. — ³⁾ overa. som Perf. — ⁴⁾ disc. sup. — „Visdomssæde (Filosofii)“. — ⁵⁾ Mdv. 306 Ann. 1; L. II, 114, a. — ⁶⁾ se Lex. præsens, 1, d. — ⁷⁾ se Lex. summa, 1, c. — ⁸⁾ et forklarende, enste. — „da øgesaa“. — ⁹⁾ verum summo — „Indholdsangivelserne“ (foran de enkelte Boger). — ¹⁰⁾ „kunde føre til, at Religionen blev nedbrændt“. — ¹¹⁾ jus (sit „Betekniv“) kunde

han gøre gældende for en Domstol; *maritium* kunde han forlænge af Tribunerne. — ¹⁾ *inf. sua gratia* = „uden at bagge sig ud med ham, tage hans gunst“.

X.

Populus Romanus etiam bello victis regibus regna s^epius reddidit. Antiochum Magnum majores nostri magna belli contentione¹⁾ terra marique superatum intra montem Taurum regnare jussarunt²⁾; 5 Asia, qua illum multarunt³⁾, Attalo, ut is regnaret in ea, condonaverunt. Cum Armeniorum regis Tigrane grave bellum nuper ipsi diuturnumque gessimus, quum ille injuriis in socios nostros inferendis bello prope nos lassississet⁴⁾. Hic et ipse per se⁵⁾ vehemens fuit 10 hostis et acerrimum hostem hujus imperii Mithridatem, pulsus Ponto, opibus suis regnoque defendit et ab L. Lucullo, summo viro atque imperatore, repulsus animo tamen hostili cum reliquis suis copiis in pristina mente mansit. Hunc Cn. Pompejus, quum in suis 15 castris supplicem abjectumque vidisset, erexit atque insigne regum, quod ille de suo capite abiecerat, reposuit, et certis rebus⁶⁾ imperatis regnare jussit⁷⁾; nec minus et sibi et huic imperio gloriosum putavit constitutum a se regem quum constrictum⁸⁾ videri⁹⁾. 20 Tigranes igitur, qui et ipse hostis fuit populi Romani et acerrimum hostem in regnum recepit, qui confixit, qui signa contulit, qui de imperio peine certavit, regnat hodie et amicitie nomen ac societatis, quod armis violarat, id precibus est consecubus. (*Cicero,*

¹⁾ „i store Feltslag“. — ²⁾ „tilfaldet“. — ³⁾ *quaes* (sc. *crepta*) *illum multarunt* = „som de til Straf fratog ham“. — ⁴⁾ *bello lassisse*: „begynde en Angrebekrig“. — ⁵⁾ „ipse per se: for sit eget Vedkommende“. — ⁶⁾ „Prædebetingelser“. — ⁷⁾ „Jædskrænket i sin Kungomagt“. — ⁸⁾ „at det hed sig“, „at Folk mente“.

XII. ✓✓

In Philippo Macedone magis fuit contumeliarum patientia. Demochares ad illum, Parrhesistes ob nimium¹⁾ et procacem lingvam appellatus, inter alios Atheniensium legalos venerat. Andita benigne legatione Philippus: „Dicite“ inquit „mihi, facere quid²⁾ possim, quod sit Atheniensibus gratum.“ Excepit Demochares et: „Te³⁾ inquit „suspendere.“ Indignatio circumstantium ad tam inhumanum responsum exorta erat; quos Philippus conticescere jussit et illum salvum incolumenque dimittere. „At vos“ inquit, ¹⁰ „ceteri legati, nuntiate Atheniensibus multo superbiores esse, qui ista dicunt, quam qui impune dicta audiunt.“ Multa et divus Augustus digna memoria fecit dixique, ex quibus appareat iram illi non imperasse. Timagenes historiarum scriptor quedam ¹⁵ in ipsum, quædam in uxorem ejus et in totam domum dixerat⁴⁾ nec perdidera dicta; magis enim circumferunt et in ore hominum est lemararia⁵⁾ urbanitas. Sæpe illum Cæsar monuit, moderatus lingua uteretur; perseverant domo sua interdixit. Postea Timagenes ²⁰ in contuberno Pollionis Asinii consenuit, nec ullum illi limen præclusa⁶⁾ Cæsaris domus abstulit. Historias, quas postea scripserat, recitatil⁷⁾, sed libros acta Cæsaris Augusti continentis in igne posuit et combussit. Inimicitias gessit cum Cæsare: nemo tamen ²⁵ amicitiam ejus extinuit, nemo quasi fulguritum refugit; fuit, qui præberet tam alte⁸⁾ cadenti sinum. Tulit hoc, ut dixi, Cæsar patienter, ne eo quidem motus, quod landibus suis rebusque gestis manus attulerat. Numquam cum hospite inimici sui ³⁰ questus est; hoc dumtaxat Polioni Asinio dixit: „Θηριοποείς“. Paranti deinde excusationem obstatit et: „Fruere“ ⁹⁾ inquit, „mi Pollio, fruere.“ Et

quam Pollio diceret: „Si jubes, Cæsar, statim illi
35 domo mea interdicam“, „Hoc me“ inquit „putas
facturum, quam ego vos in gratiam reduxerim?“
Fuerat enim aliquando Timageni Pollio iratus nec
ullam aliam habuerat causam desinendi, quam quod
Cæsar cooperat. (*Seneca*)

¹⁾ „alt for dristig“. — ²⁾ „sige ondiskabstulde Vittigheder“. — ³⁾ „førvovent“. — ⁴⁾ se ovfr. II, VII, 1. — ⁵⁾ nl.
for en indbladt Tilhørerkres; det var den Maade, hvorpaa
Skribenter da først plejede at „offentliggøre“ deres Værker;
derefter kom de i Boghundelen. — ⁶⁾ „fra sau stor en Højde“. — ⁷⁾ »gåd det maa bekunne dig vel“.

XIII. //

L. Papirius Cursor fuit vir non animi solum
vigore sed etiam corporis viribus excellens. Præci-
pus pedum pernicietas inerat, que cognomen etiam
dedit, viatoremque cursu omnium atutis suas fuisse
5 ferunt seni erorum vi seu exercitatione multa; cibi
vinique cundem¹⁾ capacissimum; nec cum ullo asperio-
rem, quia ipse invicti ad laborem corporis esset,
fuisse militiam pediti pariter equitique; equites etiam
aliquando ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene
10 gesta laxaret aliquid laboris, quibus ille: „Ne nihil
remissum dicatis, remitto“, inquit, „ne utique²⁾ dorsum demulecatis, quem ex equis descenderitis.“
Et vis erat³⁾ in eo viro imperii ingens pariter in
socios civesque. Prænestinus prætor⁴⁾ per timorem
15 segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem;
quem quum inambulans ante tabernaculum vocari
jussisset, lictorem expedire securem jussit; ad quam
vocem exanimi stante Prænestino, „Agedum, lictor,
excoide radicem hanc⁵⁾, inquit, „incommode ambu-
20 lantibus“, perfusumque ultimi supplicii metu multa
diota dimisit. Hand dacie illa estate, qua nulla⁶⁾

virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo
magis imixa res Romana staret. Quin eum parem
destinant⁷⁾ animis Magno Alexandro ducem, si arma
Asia perdomita in Europam vertisset. (*Lavius*) 25

¹⁾ Mdv. 430; L. II, 80, 4. — ²⁾ „abettinget“. — ³⁾ vis erat
in eo = „ban haandbæydeinde med Kraft“. — ⁴⁾ Den øverste Em-
bedemand i Prænesto, som også var Anfører for det Tropp-
kontingent af seet, Prænesto stillede. — ⁵⁾ Mdv. 264, Ann. 1:
L. 97, c. — ⁶⁾ parem destinant animis = parem futurum
fuisse putant.

XV.

Si quis vestrum, judices, aut eorum, qui adsunt,
forte miratur me, qui per tot annos in causis¹⁾ judi-
ciisque publicis ita sim versatus, ut defendere
multos, lasserim neminem, subito nunc mutata
voluntate ad accusandum descendere, is, si mei 5
consilii causam²⁾ rationemque cognoverit, una et id,
quod facio, probabit et in hac causa profecto
neminem præponendum mihi esse actorem putabit.
Quum quæstor in Sicilia fuisse, judices, itaque ex
ea provincia decessissem, at Siculis omnibus jucun-
dam diuturnamque memoriam questuræ nominisque
mei relinquarem, factum est, ut quum³⁾ summum
in veteribus patronis⁴⁾ multis tam⁵⁾ nonnullum
etiam in me præsidium suis fortunis constitutum
esse arbitrarentur. Qui nunc populati alique vexati 10
cuncti ad me supplices saepè venerunt, ut suarum
fortunarum omnium causam defensionemque sus-
ciperem; me saepè esse pollicitum, saepè ostendisse
dicebant, si quod tempus accidisset⁶⁾, quo tempore
aliquid a me requirerent, commodis eorum me non 20
desaturum. Venisse tempus ajebant, non jam ut
commoda sua, sed ut vitam salutemque totius
provinciæ defenderem: sese jam⁷⁾ ne deos quidem
in suis urbibus, ad quos confluget, habere, quod

25 eorum simulacula sanctissima C. Verres ex dolubris religiosissimis sustulisset; quas res luxurios in flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficie¹⁾ potuisset, eas omnes sese hoc uno praetore per triennium pertulisse; rogare et orare, ne illos supplices aspernarer, quos me incolumi nemini supplices esse oporterat. Tuli graviter et acerbo²⁾, judices, in eum me locum³⁾ adduci, ut aut eos homines spes falleret, qui open a me atque auxilium petissent, aut ego, qui me ad 35 defendendos homines ab inimicis adulescentia dedidisse, tempore atque officio coactus ad accusandum traducerer. Dicebam habere eos actorem Q. Caeciliū, qui presertim questor in sua provincia fuisset. Qno ego adjumento sperabam hanc a me posse molestiam 40 demouari⁴⁾, id mihi erat adversarium maxime; nam illi multo mihi hoc⁵⁾ facilius remisissent, si istum non nosserent, aut si iste apud eos questor non fuisset. Adductas sum, judices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, valere conservare 46 iudicis institutoque majorum, ut onus hujus laboris atque officii non ex meo⁶⁾, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem.

(Cicer.)

¹⁾ = *causa private*. — ²⁾ „Ånledningen”. — ³⁾ *quam*, *hæm* = „forude .. saa ogsaa”. — ⁴⁾ Provinsen Sicilia havde til patrons i Rom Efterkommerne af de Maend, som i sin Tid havde brugt den under Romas Herredømme, Marcelli, Helpinnes o. a. — ⁵⁾ Mdv. 334 b; L. 151. — ⁶⁾ „nu var det konnenet nu vidt, at de ..”. — ⁷⁾ „drive det til”. — ⁸⁾ *et acerbe*: „ja bitterlig vært”. — ⁹⁾ „stilles under en aadant Alternativ”. — ¹⁰⁾ *sperabam .. demouari* = „havde haabet at kunne skyde dette uheldelige Hverv fra mig”. — ¹¹⁾ = *hoc negotium*. — ¹²⁾ *non ex meo tempore*: „ikke fordi det passende mig selv sunledes”.

XVI.

Caesar ante paucos dies, quam sedilitatem inire¹⁾, venit in auspicacionem conspirasse cum M. Crasso consulari, item cum P. Sulla et L. Autonio post designationem consulatus ambitus condemnatis, ut principio anni senatum adorirentur, et trucidatis, quos placitam esset, dictataram Crassus invaderet, ipse ab eo magister equitum diceretur, constitutaque ad arbitrium re publica Sulla et Autonio consulatus restitueretur. Meminerunt hujus coniurationis Tannius Geminus in historia, C. Curio in orationibus; de ea significare videtur et Cicero, in quadam ad Axium epistula referens Cesarem in consulatu confirmasse²⁾ regnum, de quo ædilis cogitaret. Tanusius adicit Crassum pacientia vel metu diem cœdi destinatum non obiisse, et idcirco ne Cesarem quidem signum, quod ab eo dari convenerat, deditisse; convenisse autem Curio sit, ut togam de numero deiceret. Idem Curio auctor est, conspirasse cum etiam cum Cn. Pisone adulescente, cui ob auspicacionem urbanæ coniurationis provincie Hispania 20 altro extra ordinem data sit, pectusque, ut simul foris ille, ipse Romæ ad res novas consurgerent; destitutum³⁾ utriusque consilium morte Pisonis.

(Suetonius.)

¹⁾ sidst i Aar 66; han var ædil 65. — ²⁾ „virkeliggørs”. — ³⁾ „gik i Stykker”. — *Tanusius* var en lidet anset Annalist paa Cæsars Tid; *C. Suetonius Curio* (født 48 f. Chr.) var en dygtig og vittig Taler, men en daarlig Person.

XVII.

Magnæ opere landanda est moderatio et lenitas eorum, quibus nec ad irascendum causa defuit nec ad nesciendum potestas. Quid enim facilius fuit An-

tigono quam duos manipulares duci¹⁾ jubere, qui 5 incubentes²⁾ regis tabernaculo faciebant, quod homines et periculosissime et libentissime faciunt: de rege suo male existimabant³⁾? Audierat omnia Antigonus, utpote quum inter dicentes et audientem palla interesset; quam ille leviter commovit et:
 10 „Longius“ inquit „discedite, ne vos rex audiat.“ Idem quadam nocte, quum quosdam ex militibus suis exaudisset omnia mala imprecantes regi, qui ipso in illud iter et inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos, qui maxime laborabant, et quum 15 ignorantis, a quo adjuvarentur, explicuisse⁴⁾; „Nunc“ inquit „maledicite Antigono, enjus vitio in has miseras incidistis, ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit.“ Idem tam miti animo hostium snorum maledicta quam civium tulit. Itaque quum 20 in parvulo quodam castello Graeci ob siderentur et fiducia loci contemnentes hostem multa in deformitatem Antigoni jocarentur et nunc staturam humilem nunc collisum nasum⁵⁾ deriderent, „Gaudeo“ inquit „et aliquid boni spero, si in castris meis Silenus 25 habeo.“ Quum hos dicaces fame domuisse, cunctis sic usus est, ut eos, qui militiae utilia erant, in cohortes discriberet, ceteros praesconi subiceret; idque se negavit facturum fuisse, nisi expediret iis 30 dominum habere, qui tam malam haberent lingvam.
 (Seneca.)

¹⁾ sc. ad supplicium. — ²⁾ stas test op til^a. — ³⁾ — male loqui. — ⁴⁾ sc. ex difficultatibus. — ⁵⁾ coll. nasum — „Brak-næse“. Det hzyde ogsaa Silenus, hvem man undertiden tenkte sig som Aynæs ægipan, sideordnet med Aynæs Rex.

XVIII.

Alexandro in Syria versanti littere a Dureo redundunt, quibus ut superbo scriptis vehementer offend-

sus est; præcipue eum movit, quod Dareus sibi¹⁾ rogis titulum nec eundem Alexandri nomini adscriperat. Postulabat autem magis quam petebat, 5 ut accepta pecunia, quantamcumque tota Macedonia caperet, matrem sibi et conjugem liberosque restitueret; de regno, si vellet, aequo Marte contenderet, sed si saniora consilia tandem pati²⁾ potuisset³⁾, contentus patrio cederet alieni imperii finibus, 10 socius amicusque esset; in ea se fidem et dare paratum et accipere. Contra Alexander in hunc maxime modum rescripsit: „Rex Alexander Dureo S. Cujus nomen sumpsisti, Dareus⁴⁾ Graecos, qui oram Hellesponti tenent, coloniasque Graecorum 15 Ionias omni clade vastavit, cum magno deinde exercita mare trajecit, illato⁵⁾ Macedonie et Graecie bello. Rursus Xerxes gentis ejusdem ad oppugnandos nos cum immanibus barbarorum copiis venit; qui navalii proelio victus Mardonium tamen reliquit in 20 Graecia, ut absens quoque popularetur urbes, agros ueret. Philippum vero parentem menem quis ignorat ab iis interficium esse, quos, ingentis pecuniae spe sollicitaverant vestri? Impia enim bella suscipitis et, quum habeatis arma, licemini 25 hostium capita: sicut tu proxime talentis mille, tanti exercitus rex, percossum in me emere voluisti. Repello igitur bellum, non infero. Et di quoque pro meliore stant causa: magnam partem Asiae in dicionem redigi meam, te ipsum uicie vici. 30 Quem etsi nihil a me impetrare oportebat, utpote qui ne belli quidem in me jura servaveris, tamen, si veneris supplex, et matrem et conjugem et liberos sine pretio recepturum esse promitto. Et vincere et consulere victis seio. Quod si te committere nobis 35 times, dabimus fidem, impune te venturum. De

cetero, quum mihi scribes⁶⁾, memento non solum regi te, sed etiam tuo scribere.⁷⁾ (Curtius.)

⁶⁾ sibi — suo nomine. — ⁷⁾ „Itale at here!”. — ⁸⁾ Mdv. 334 b; L. 151. — ⁹⁾ Hystaspes's Son. — ¹⁰⁾ Mdv. 382 b, Ann. — ¹¹⁾ Mdv. 294 Ann.; L. 145.

XIX.

Quum Persenus, rex Macedonie, se Romanis tradidisset et in castra ad L. Æmilius Paullum, consulem Romanum, duceretur, consurrexit consul et jussis sedere aliis progressusque paulum introiensiti regi dextram porroxil summittentesque se ad pedes sustulit, nec attingere genua passus introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium considerare jussit. Prima percontatio fuit, qua subactio inuria contra populum Romanum bellum tam infesto animo suscepisset, quo se regnumque suum ad ultimum discriminem adduceret. Quum responsum exspectantibus connectis terram intuens diu tacitus fleret, rursum consul: „Si juvenis regnum acceperisses, minus equidem mirarer ignorasse te, quam gravis aut amicus ant initieus esset¹⁾ populus Romanus; nunc vero, quum et bello patris tui, quod nobiscum gessit, interfassis et pacis postea, quam cum summa fide adversus eum colimus, meminisses, quod fuit consilium, quorum et vim in bello et fidem in pace expertas esse, cum iis tibi bellum esse quam pacem mallo?“ Quum nec interrogatus nec accusatus²⁾ responderet, consul: „Utcumque tamen haec, sive errore humano seu easin sua necessitate, inciderunt, bonum animum habe; multorum regum et populorum casibus cogniti populi Romani clementia non modo spem tibi sed prope certam fiduciam salutis praebet.“ Haec Graeco sermone Persei³⁾; Latine deinde suis:

„Exemplum insigne cernitis“ inquit „mutationis rerum humanarum. Vobis hoc præcipue dico, juvenes. Ideo in secundis rebus nihil in quomquam superbe ac violenter consulere decet nec præsenti credere fortunæ, quum, quid vesper ferat, incertum sit. Ita demum vir erit, cujus animum neque prospera flatu suo efferent⁴⁾ nec adversa infringent.“ (Livius.)

¹⁾ Mdv. 333; L. II. 84 b. — ²⁾ nec int. nec accusatus = „Iuge ssa lidt paa Anklagen (i Lin. 13 ff) som paa Spargemaalet (i Lin. 8 ff)“. — ³⁾ græsk Dativform. — ⁴⁾ se II. XVIII, 6.

XX.

Anno u. o. quingentesimo duodesseptuagesimo Galli Transalpini per saltus ignotæ antea vias transgressi in Venetiam locum oppido condendo ceperunt. Triennio post M. Claudio consuli, cui Gallia provincia obvenerat; legiones ad novum oppidum ad moventi Galli sese dediderunt; duodecim milia armatorum erant. Plerique arma ex agris rapta habebant; ea ægre patientibus iis adempta, queque alia aut populantes agros rupuerant aut secum attulerant. De his rebus qui quererentur, legatos Romanum misserunt. Introducti in senatum exposuerunt se, superrante in Gallia multitudine, inopia coactos agri et egestate ad quærendam sedem Alpes transgressos. Quæ inculta per solitudines vidarent, ibi sine ullius inuria consedisse; oppidum quoque adificare coepisse, quod indicium esset nec agro nec urbi ulli vim adlaturos venisse. Nuper M. Claudiu ad se nuntiu misisse, bellum se cum iis, ni dederentar, gesturum; se certam, elsi non speciosum, pacem quam incerta belli præoptantes dedidisse se prius⁵⁾ in fidem quam in potestatem populi Romani. Post paucos dies jussos et urbe et agro decadere sese tacitos⁶⁾ abire,

quo terrarum possent, in animo habuisse; arma deinde sibi et postremo omnia alia, quæ haberent, adempta.
 25 Orare se senatum populumque Romanum, ne in se innoxios deditos acerbius quam in hostes essent. Haic orationi senatus ita responderi jussit: neque illos recte fecisse, quum in Italiam venerint oppidumque in alieno agro nullius Romani magistratus so permissa edificare conati sint, neque senatus placere deditos spoliari; itaque se cum iis legatos ad consulem missuros, qui, si redeant, unde venerint, omnia iis sua reddi jubeant, quinque prolinus eant trans Alpes et denuntient Gallicis populis, multitudinem 35 suam domi contineant; Alpes prope inexsuperabilem fluem in medio esse; non utique iis melius fore¹⁾, qui eas primi pervias facissent. Legati missi L. Furius, Q. Minucius, L. Manlius. Galli redditis omnibus, que sine cunctisq[ue]nam injuria habebant, Italia excesserunt.

(Livius.)

¹⁾ — *potes*. — ²⁾ d. v. s. „uden Modstand“. — ³⁾ non sis melius fore = malum eos habiteres esse.

PARTICULA III.

I.
X

Temporibus Tarquinii regis ex Asia Phœcænum juventas ostio Tiberis invecta amicitiam cum Romanis junxit; inde in ultimos maris sinus navibus profecta Massiliam inter Ligures et feras gentes Gallicorum condidit, magnasque res, sive dum⁴⁾ armis se adversus Gallicam feritatem tuentur, sive dum ulti lacessunt, a quibus fuerant antea lacerissiti, gesserunt.

Namque Phœcænenses exiguitate ac macis terre coacti studiosius mare quam terras exercere²⁾: piscando mercandoque, plerumque etiam latrociniis maris, quod illis temporibus gloriae habebatur, vitam tolerabant. Itaque in ultimam Oceani oram procedere ausi in sinum Gallicum circum ostia Rhodani annis devenere; cujus loci amonitate capti, reversi domum referentes, que viderant, phœnes sollicitavere. Duces classis 15 Simos et Protis fuere. Itaque regem Segobrigiorum Nanum nomine, in enjus finibus urbem condere gestiebant, amicitiam petentes convenient. Forte eo dia rex occupatus in apparatu nupiarianum Gyptis filio erat, quam more gentis genero inter epulas electo 20 nuptum tradere illico parabat. Itaque quum ad nuptias invitati omnes proceres essent, rogantur etiam Graeci hospites ad convivium. Introducta deinde virgo quum iuberset a patre aquam porrigeret ei, quem virum eligeret, tunc omissis omnibus popularibus ad 25 Graecos conversa aquam Proti porrigit; qui factus ex hospite gener locum condenda urbi a sacerdo accepit. Condita igitur Massilia est prope ostia Rhodani annis in remoto sinu velut in angulo maris. Sed Ligures incrementis urbis invidentes Graecos adsiduis bellis 30 fatigabant; qui pericula propulsando in tantum enierunt, ut viatis hostibus in captiuis agris multas colonias constituerint. (Justinus.)

¹⁾ Mly. 291 Ann.; L. II, 82, a. — ²⁾ „plejede“ (dredges Echiverre paal).

II.
V

Galli abundante multitudine, quum eos non caperent terræ, que gernerant, trecenta milia hominum ad sedes novas querendas miserunt. Ex his portio in Italia consedit, que et urbem Romanam captam

5 incendit; portio Illyricos sinus per strages barbarorum penetravit et in Pannonia consecdit, ubi domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis varia bella gesserunt. Hortante deinde successu divisis agminibus alii Græciam, alii Macedoniam obvia omnia ferro
10 proterentes petivere; tantusque terror Gallici nominis erat, ut etiam reges non lauissiti ultro pacem ingenti pecunia merearentur. Soius rex Macedonis Ptolemaeus Cerannus adventum Gallorum intrepidus audivit iisque cum paucis et incompositis, quasi bella non
15 difficilior quam scelera¹⁾ patrarentur, parricidiorum furiis agitatus occurrit. Igitur Galli duce Belgio ad temptandos Macedonum animos legatos ad Ptolemaeum mittunt offerentes pacem, si emere velit; sed Ptolemaeus inter suos belli metu pacem Gallos petere
20 gloriaans est, nec minus ferociter se legatis quam inter amicos jactavit, aliter se pacem daturum negando, nisi principes suos obsides dederint et arma tradiderint: non enim fidem se nisi inermibus habiturum.
Renuntiata legatione risere Galli, undique adclamantes
25 brevi sensurum, sibi an illi consulentes pacem obtulerint. Interjectis aliquot diebus proslium conscritur; vieti Macedones excluduntur. Ptolemaeus multis vulneribus saucius capit; caput ejus amputatum et lancea fixam tota acie ad terrorem hostium circumfertur.
30 Paucos ex Macedonibus fuga servavit, ceteri aut capti aut occisi sunt. (*Justinus*)

¹⁾ Han havde snigmyrdet Syriens Konge, Seleucus Nicator, 7 Maanedet efter at denne havde overvandet og fieldet hans Svoger Lysimachus, Aar 281 f. Chr.; siden regtede han Lysimachus's Enke, sin egen Søster Areinoë, og lod kort efter hendes Sonner Lysimachus og Philippus dræbe.

XIII.

Marcellus captis Syracusis, quum cetera in Sicilia tanta fide aīque integritate composuisset, ut

non modo suam gloriam sed etiam majestatem populi Romani augeret, ornamenta urbis, signa tabulasque, quibus abundabant Syracusæ, Romanum devexit, hostium illa quidem spolia et parta belli jure; ceterum inde primum initium mirandi Græcarum artium opera licentiaque hujus sacra profanaque omnia vulgo spoliandi factum est, quæ postremo in Romanos deos, templum id ipsum primum, quod a Marcelllo eximie ornatum est, vertit. Visebantur enim ab externis ad portam Capenam dedicata a M. Marcello templo¹⁾ Virtutis et Honoris propter excellentia ejus generis ornamenti, quorum perexigua pars compareret. Erant tamen haud parva reliquæ belli circa Agrigentum 15 Romanis, Epicydes et Hanno, duces reliqui prioris belli, ei tertius novus ab Hannibale missus, Muttines, vir impiger et sub Hannibale magistro²⁾ omnes belli artes edoctus. Huic ab Epicyde et Hannone Numidae dati auxiliares, cum quibus ita pervagatus est hostium 20 agros, ita socios ad retiendos in fide animos eorum forendo in tempore cuique auxilium adiit, ut brevi tempore totam Siciliam imploret uominis sui, nec spes alia major apud faventes rebus Carthaginiensium esset. Itaque inclusi ad id tempus monibus Agri genti Hanno et Epicydes non consilio magis Muttinis quam fiducia ausi egredi extra muros ad Himeram amnem posuerunt castra. Quod ubi perlatum ad Marcellum est, extemplo copias movit et ab hoste quattuor ferme milium intervallo consecdit, quid 25 agerent pararentve, exspectaturus. Sed nullum neque locum neque tempus cunctationi consilive dedit Muttines, transgressus amnem ac stationibus hostium cum ingenii terrore ac tumultu invectus. Postero die prope justo prælio compulit hostes intra muni menta. Iude revocatus seditione Numidarum in ea-

stris facta, quum trecenti ferme eorum Heracleam Minoam concessissent, ad mitigandos revocandoque eos profectus magno opere monuisse duces dicitur, 40 ne absente se cum hoste manus consererent. Ita ambo segre passi duces, magis Hanno, jam ante anxius gloria ejus; is perpulit cunctantem Epicyden, ut transgressi flumen in aciem exirent: nam si Muttinem opperirentur, et secunda pugna fortuna evenisset, haud dubie Muttinis gloriam fore. Igitur praeium sine eo committunt, sed haud magno certamine vieti sunt; multa milia hominum cesa aut capta. Haec ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit; vitor inde Syracusas rediit. (*Larius.*)

¹⁾ Pluralia, fordi det egentlig var et Dobbelttaktspl. — ²⁾ „i H's Skole“.

IV.

Si apud Athonienses, homines Graeci longe a nostrorum hominum gravitate¹⁾ dijunatos, non deerant, qui rem publicam contra populi temeritatem defendarent, quum omnes, qui ita fecerant²⁾, e civitate eicebantur; si Themistoclem illum, conservatorem patrie, non deteravit a re publica defendenda nec Miltiadis calamitas, qui illam civitatem paulo ante servarat, neque Aristidis fuga, qui unus omnium justissimus fuisse traditur; si postea summi ejusdem civitatis 10 viri, quos nominalim appellari non est necesse, propositis tot exemplis iracundiam levitatisque popularis, tamen suam rem publicam illam³⁾ defenderunt: quid nos tandem facere debemus, primum in ea civitate nati, unde orta mihi gravitas et magnitudo animi 15 videtur; deinde ad eam rem publicam tuendam aggressi, quo tanta dignitate est, ut eam defendantem occidere majus sit quam oppugnantem rerum potiri? Homines Graeci, quos antea nominavi, inique a suis

civibus damnati atque expulsi, tamen, quia bene sunt de suis civitatibus meriti, tanta hodie gloria 20 sunt non in Graecia solum, sed etiam apud nos atque in ceteris terris, ut eos, a quibus illi oppressi sunt, nemo nominet, horum calamitatem dominationis illorum omnes anteponant. Quis Carthaginiensium pluris fuit Hannibale consilio, virtute, rebus gestis, 25 qui unius cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio et de gloria decertavit? Hunc sui cives e civitate ejecerunt; nos etiam hostam litteris nostris et memoria videmus esse celebratum. Quare imitemur nostros Brutos, Camillos, Decios, Curius, Fabrios, Maximos, Scipiones, Aemilios, innumerableis alios, qui haec rem publicam stabiliverunt; quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero repono. Amemus patriam, pareamus senatu, consulamus bonis; praesentes fructus neglegamus, posteritatis gloria serviumus; id esse optimum putemus, quod erit⁴⁾ rectissimum; speremus que volemus⁵⁾; sed quod acciderit⁶⁾ feramus; cogitemus denique, corpus virorum fortium magnorunque hominum esse mortale, animi vero motus et virtutis gloriam sempiternam; neque, haec opinionem⁷⁾ si in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus, cuius corpore ambusto vitam ejus et virtutem immortalitas excepsisse dicatur, minus existimemus eos, qui haec tantam rem publicam suis consiliis aut laboribus aut auxerint aut 45 defenderint aut servarint, esse immortalem gloriam consecutos. (*Cicero.*)

¹⁾ a nost. hom. gravitate: Jfa vero Landmann mod. decos Besindighed⁸⁾. — ²⁾ Mdv. 293 a Ann.; I. II, 82, c. — ³⁾ Nam — „skont den har sig saaledes ad“; — ⁴⁾ Mdv. 294 Ann. 293 Ann. 1; I. 145. — ⁵⁾ Tro⁹⁾.

V. 11.

Omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit; prima omnium, id quod ornamentum imperii est, provincia est appellata; prima docuit maiores nostros, 5 quam praeclarum esset¹⁾ exteris gentibus imperare; sola fuit ea fide benevolentiaque erga populum Romanum, ut civitates ejus insulas, que semel in amicitiam nostram venissent, numquam postea deficerent, plerisque autem et maxime illustres in amicitia per 10 petuo manerent. Itaque majoribus nostris in Africanam ex hac provincia gradus imperii factas est; neque enim tam facile opes Carthaginis tantum concidissent, nisi illud²⁾ et rei frumentariæ subsidium et receptaculum classibus nostris pateret. Quare P. Africanus 15 Carthagine deleta Siculorum urbes signis monumtisque pulcherrimis exornavit, ut, quos Victoria populi Romani maxime letari arbitrabatur, apud eos monumenta victoria plurima collocaret. Denique ille ipse M. Marcellus, enjus in Sicilia virtutem hostes, miseri- 20 cordiam vieti, fidem ceteri perspexerunt, non solum sociis in eo bello consuluit, veram etiam superatis hostibus temperavit. Urbem pulcherrimam Syracusam, quo quum manu munitissima esset tum loci natura terra ac mari clauderetur³⁾, quum vi consilioque 25 cepisset, non solum incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam, ut esset idem⁴⁾ monumentum victoriae, mansuetudinis, continentiae, quam homines viderent, et quid expugnasset, et quibus pepercisset, et quae reliquisset: tanum ille honorem habendum 30 Siciliæ putavit, ut ne hostium quidem urbem ex eociorum insula tollendam arbitraretur.

Atque⁵⁾ ad omnes res sic illa provincia semper usi sumas, ut, quidquid ex sese posset efferre, id modo apud eos nasci, sed domi nostræ conditum jam putaremus. Quando illa frumentum, quod deberet, 35 non ad diem dedit? quando id, quod opus esse pataret, non ultra pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusavit? Itaque ille M. Cato Sapiens cellam penariam rei publicæ nostræ, nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat. Nos vero experti sumus 40 maximo difficultissimo bello⁶⁾ Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro serario illo majorum veterem ac referio fuisse; nam sine ullo sumpta nostro coriis, tunicis frumentoque suppeditando maximos exercitus nostros vestivit, aluit, armavit. Quid⁷⁾ illa⁸⁾, quo 45 forsitan ne sentianus quidem, judices, quanta sunt! quod multia locupletioribus civibus nostris utimur, quod habent propinquam⁹⁾ fidelem fructuosamque provinciam, quo facile excurrant, ubi libenter negotium gerant; quos illa partim mercibus suppeditandis cum 50 questu compendioque dimittit, partim retinet, ut arare, ut pascere, ut negotiari libeat, ut denique sedes ac domicilium collocare. Quod commodum non medicinore rei publicæ est, tantum civium numerum tam prope ab domo tam bonis fructuosisque rebus 55 detineri. Et quoniam quasi quedam praedia populi Romani sunt, vesticalia nostra aliquæ provincias, quemadmodum vos propinquis vestris praedijs maxime delectamini, sic populo Romano jucunda suburbanitas est hujuscæ provinciæ. Jam vero hominum ipsorum, eo judices, ea patientia, virtus frugalitasque est, ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem, non hanc, quo nunc increbrant, videantur accedere. Nihil eociorum simile Græcorum, nulla desidia, nulla

66 luxuries; contra sumimus labor in publicis privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia. (Cicero.)

¹⁾ Mdv. 338; L. II, 84 b. — ²⁾ *illegit* = *illo insubr.* — ³⁾ „var omhægnet“. — ⁴⁾ „paa en Gang“. — ⁵⁾ „Derfor...egsan“. — ⁶⁾ o: Forbundefællekrigen. — ⁷⁾ *illo henviser til den fgtl. Sætning quod...vinser osv.* — ⁸⁾ „Lige i Nærheden“.

VI.

Philosophum nomine Peregrinum; virum gravem atque constantem, vidimus, quam Athenis esse omen, deversantem in quodam tugurio extra urbem. Quinque ad eum frequenter ventilaromus, multa herculea dicere cum utiliter et honeste audivimus, in quibus id fuisse, quod præcipuum autem ¹⁾, meminimus. Virum quidem sapientem non peccatum esse dicebat, etiamsi peccasse eum di atque homines ignorari forent; non enim peccare aut iniuriae metu non esse peccandum, sed iusti honestique studio. Si qui tamen non essent tali vel ingenio vel disciplina prædicti ²⁾, uti se vi sua ac sua sponte facile a peccando tenerent, eos omnes tunc peccare proclivius existimabat, quam latere posse id peccatum patarent. impunitatemque ex ea latebra sperarent; „at si scient“ ³⁾ inquit „homines, nihil omnium verum diutius posse celari, repressius pudentiasque peccabit“ ⁴⁾. Propterea versus istos Sophoclis, prudentissimi poctarum, in ore esse habendos dicebat:

20 Πρὸς τοὺς ἀρόπτες μηδέν, φέ διάνεκτον
Καὶ πάντες ἀκούεται πάντες ἀντρίσονται γόθος.

Allus quidam veterum poctarum; cujas nomen mihi nunc memoria non est. Veritatem Temporis filiam esse dixit. (A. Gelius.)

„Mdv. 308 b; L. 184. — ¹⁾ non talis...prædicti: „som ikke enten af Naturen selv eller i Maletor af Opdragelsen hosad en saadan Tænkevaade“. — ²⁾ se ovfr. III, 17, 4. — ³⁾ = magis a peccando se repriment magisq; eos peccare pudebit.“

VII.

Animantium quanta varistas est, quanta ad eam rem vis ¹⁾, ut in suo queque genere permaneat! quarum aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae, aliae spinis hirsutes; pluma alias, alias squamae videmus obductas; alias esse cornibus armatae, alias habere t effugia pinnarum. Pastum autem animantibus large et copiose natura eum, qui cuique aptus erit, comparavit. Enumerare ²⁾ possum, ad eum pastum capessendum conficiendumque que sit in figuris animalium commoditas et quam sollers subtilisque descriptio partium quamque admirabilis fabrica membrorum; omnia ³⁾ enim, queque extra queque intus inclusa sunt, ita nata atque ita locata sunt, ut nihil eorum supervacuum sit, nihil ad vitam retinendam non necessarium. Dedit autem eadem ⁴⁾ natura behnis et sensum et appetitum, ut altero ⁵⁾ conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secererent pestifera a salutaribus. Jam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia volando, alia nando; cibumque partim oris hiatu et dentibus ipsis capessunt, partim anguum tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum; alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Atque etiam aliorum ea est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingat; que autem altiora sunt, ut anteros, ut cygni, ut grues, ut cameli, adjuvantur proceritate colloram; manus etiam data elephanto est, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad pastum. (Cicero.)

¹⁾ „Evne“, Udstykelse fra Naturens Haand. — ²⁾ „skildre i det enkelte“. — ³⁾ „alle Organor“. — ⁴⁾ Mdv. 430; L. II, 50, 4. — ⁵⁾ altero her henviser til *adpetitum*, det andet altero til *sensum* (Chiasme); om Impf. Konj. se ovfr. III, v. 1.

† VIII.

Cæsar periit sexto et quinquagesimo astatis anno. Suspicionem quibusdam suorum reliquit, neque voluisse se diutius vivere neque curasse, quod valetudine minus prospera uteretur, ideoque et quæ religiones¹⁾ monerent et quæ reuniarent amici neglexisse. Sunt, qui putent confusum eum novissimo illo senatus consalto, quo omnes ei divinos simul atque humanos honorès decreverat, item jure jurando, quo se cuncti pro salute ejus adstrinxerant, etiam custodias III-10 spanorum, cum gladiis stipantium se, removisse; alii e diverso opinantur, insidias undique imminentes subire semel quam cavere semper maluisse. Quidam dicere solitam ferunt, non tam sua quam rei publicæ interesse, uti salvus esset; se jam pridem potentia gloriaque abundo adeptum; ram publicam, si quid sibi eveniret, neque quietam fore et aliquanto deteriora condicione civilia bella subituram. Illud plane inter omnes fere constitit, talem ei mortem pœna ex sententia obtigisse. Nam et quondam, quum apud 20 Xenophontem legisset Cyrum ultima valetudine mandasse quadam de funere suo, aspermatus tam lentum mortis genus subitam sibi caloremque optaverat; et pridie, quam occideretur, in sermone nato super cenam apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitæ commode dissimus, repentinum inopinatumque pœnalerat.

(Suetonius.)

¹⁾ = prodigia.

IX.

Clementia civilitatisque¹⁾ Augusti multa et magna documenta sunt. Ne enumerem, quot et quos diversarum partium venia et incolumente donatos principem etiam in civitate locum tenere passus sit, Junium

Novatum et Cassium Patavinum, e plebe homines, 5 alterum pecunia, allerum levi exilio punire satis habuit, quum ille Agrippæ juvenis²⁾ nomine asperritum de se epistulam in vulnus edidisset, hic convivio pleno proclamasset, neque votum sibi neque animum deesse confodiendi cum. Quadam vero cognitione 10 quin Amilio Aliano Cordubensi inter cetera crimina vel maxime obiceretur, quod male opinari³⁾ de Cæsare soleret, conversus ad accusatorem commotoque similis⁴⁾ „Velim” inquit, „hoc mihi probes; faciam, sciat Alianus et me lingam habere; plura 15 enim de eo loquar”; nec quicquam ultra aut statim aut postea inquisivit. Tiberio quoque de eadem re, sed violentius, apud se per epistulam conquerenti ita rescripsit: „Aitati⁵⁾ tuse, mi Tiberi, noli in hac re indulgere et nimium indignari quemquam esse, qui de 20 me male loquatur. Satis est enim, si hoc habemus; ne quis nobis male facere possit.” (Suetonius.)

¹⁾ civilitas = „Humanitas”. — ²⁾ ac Part. X. 8, Ann. 2. — ³⁾ = male loqui. — ⁴⁾ = connectum se esse simulans. — ⁵⁾ „Ungdoma Hidsighoi”.

† X.

Non inscile Seneca Romane urbis tempora distribuit in statibus¹⁾. Primam enim dicit infantiam sub rege Romulo fuisse, a quo et genita et quasi educata sit Roma; deinde pueritiam sub ceteris regibus, a quibus et aucta sit et disciplinis²⁾ pluribus institutis³⁾ que formata. At vero Tarquinio regnante, quum jam⁴⁾ quasi adulta esse cupisset, servitiam non tulisse et rejectio superbæ dominationis jugo maluisse legibus obtemperare quam regibus; quumque esset adulēscensitia ejus fine Punici belli terminata, tam denique 10 confirmatis viribus cepisse juvenescere⁵⁾. Sublata

enim Carthaginie, que tamen diu annula imperii fuit, manus suas in totum orbem terrarum marique porrexit, donec regibus cunctis et nationibus imperio subjugatis, quum jam³⁾ bellorum materia deficeret, viribus suis male pteretur, quibus se ipsa conficit. Haec²⁾ fuit prima ejus senectus, quum bellis lacerata civilibus atque intestino malo pressa rursum ad regimen singularis imperii recidit, quasi ad alteram infinitam revolutionem. Amissa enim libertate, quam Bruto duxit et auctore defenderat, ita consenuit, ut tamquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculo regentium niteretur.

¹⁾ „Alderström”. — ²⁾ *disciplines institutaque* = „Lærdommene og Leveregler”. — ³⁾ „omnesider”. — ⁴⁾ „Leve sit Manddomsliv”. — ⁵⁾ *Hæv henviser til den fæld. Sætning quem.. recidit.*

XI.

C. Plinius Cornelius Tacito suo 8.

Ridebis, et licet rideas. Ego ille, quem nosti, apres tres et quidem¹⁾ pulcherrimos cepi. „Ipse?” inquis. Ipse; non tamen ut omnino ab inertia mea et quiete discederem. Ad retia sedebam; erat in proximo non venabulum aut lancea, sed stilus et pugillares²⁾; meditabar aliquid cnotabamque, ut, si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. Non est, quod contemnas hoc studiendi genus. Mirum est, ut animus agitatione motuque corporis excitetur; 10 jam audiique silvae et solitudo ipsumque illud silentium, quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt. Proinde, quum venabere, licetbit auctore me ut panarium³⁾ et lagunculam sic etiam pugillares feras; experieris non Dianam magis montibus quam Minervam inerrare. Vale.

¹⁾ „tilmed”. — ²⁾ „Noterbog”. — ³⁾ „Mælkurv” (fransk papier af pønæs).

XII.

C. Plinius Juniori suo 8.

Castigabat quidam filium suum, quod paulo sumptuosius equos et canes emeret. Huic ego juvene digresso: „Heus tu, numquid fecisti, quod a patre corripi posset? fecisti dico? non interdum facis, quod filius tuus, si repente pater ille, tu filius sis, per gravitatem reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducentur? Non hic in illo sibi, in hoc aliis indulget?” Haec tibi admonitus inmodice severitatis exemplo pro amore multo scripsi, ne quando tu quoque filium tuum acerbis duriusque tractares¹⁾. Cogita et illum puerum esse et te fuisse, atque ita hoc, quod es pater²⁾, utere, ut memineris et hominem esse te et hominis patrem. Vale.

¹⁾ Mdv. 88; L. II, 84 b. — ²⁾ hoc, q. e. p. = „din Myndighed som Fader”.

XIII.

C. Plinius Hispano suo 8.

Scribis Robustum, splendidum equitem Romanum, cum Atilio Scanro, amico meo, Oriculum¹⁾ usque commune iter peregrisse, deinde nusquam compartuisse; petis, ut Scaurus veniat vosque, si potest, in aliqua inquisitionis vestigia inducat. Veniet; vercor ne frustra. Suspicor enim tale nescio quid Robusto accidisse, quale aliquando Metilio Crispo, municipi meo. Huic ego ordines²⁾ impetraveram atque etiam proficiēti quadragesita milia nummum ad instruendum se ornandumque donaveram; nec postea aut epistulas ejus aut aliquem de exitu³⁾ nuntium accepi. Interceptusne⁴⁾ sit a suis an cum suis, dubium: certe non ipse, non quisquam ex servis ejus apparuit, ut ne Robusti quidem. Experiamur tamen, accersamus Scaurum; demus hoc tuis, demus optimi adolescentis⁵⁾ 15

honestissimis precibus, qui pietate mira, mira etiam sagacitate patrem querit. Di favoant, ut sic inveniat ipsum, quemadmodum jam, cum quo fuissest, invenit! Vale.

¹⁾ en By i det sydlige Umbrien. — ²⁾ „en Conturionpost“. — ³⁾ „hval der er blevet af ham“. — ⁴⁾ intercipio — „dæbber undervejs“. — ⁵⁾ Habustus's Son.

XIV.

C. Plinii Sabiniano anno 8.

Libertus tuus, cui suscepsere te dixeras, venit ad me ad voluntusque pedibus meis tamquam tuis haesit. Flevit multum, multum rogavit, multum etiam lacuit: in summa, fecit mihi fidem penitentiae. Vere credo emendatum, quia deliquesce se sentit. Irasceris, scio, et irasceris merito, id quoque actio; sed tunc præcipua mansuetudinis laus, quam iræ causa justissima est. Amasti hominem et, spero, amabis; interim sufficiat, ut exorari te sinas. Licet rursus irasci, si meruerit; 10 quod exoratus excusat¹⁾ facies. Remitta²⁾ aliquid adolescentia ipsius, remittit lacrimis, remitte indulgentia tua; ne torseris illum, ne torseris etiam te; torqueris enim, quam tam lenis³⁾ irasceris. Vereor, ne videar non rogare, sed cogere, si precibus ejus 15 meas junxero. Jungam tamen tanto plenius et effusius, quanto ipsum acris severiusque corripui, destricte minatis namquam me postea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat; tibi non item. Nam fortasse iterum rogabo, impetrabo iterum, sit modo tale, ut 20 rogare me, ut præstare te deceat. Vale.

¹⁾ = eo justus. — ²⁾ se Part. II, VIII, 5. — ³⁾ *in cuius natura tam lenis est.*

XV.

Quid præcipuum¹⁾ in rebus humanis est? Non classibus maris complesse nec in Rubri maris litore signa fixisse nec deficiente²⁾ ad injurias terra errasse in Oceano ignota quarentem, sed animo omnia viciisse et, qua major nulla³⁾ victoria est, vitia domissæ. Innumerabiles sunt, qui populos, qui urbes habuerunt in potestate; panoctissimi, qui se. Quid est præcipuum? Erigere unum supra minas et promissa fortanæ, nihil dignum illum habere putare, quod spores; quid enim habet dignum, quod concupisca? Quid est 10 præcipuum? Posse lasto animo adverse tolerare; quidquid acciderit, sic ferre, quasi volueris tibi accidere; debuisses enim velle, si sciesses omnia ex decreto dei fieri. Quid est præcipuum? Animus contra calamitates fortis et contumax, luxurie non aversus 15 tantum, sed infestus, nec avidus periculi nec fugax, qui sciat fortunam non exspectare sed facere et adversus utramque⁴⁾ intrépidus inconfususque prodiere, nec illius tumultu nec hujus fulgore percussus⁵⁾. Quid est præcipuum? Non admittere in unum mala 20 consilia, puras ad celum manus extollere, nullum bonum petere, quod, ut ad te transeat, aliquis dare debet, aliquis amittere; optare, quod sine adversario optatur, bonam mentem; cetera magno estimatis mortalibus, etiamsi quis domum casus attulerit, sic 25 intueri quasi exitura, qua venerunt. Quid est præcipuum? Altos supra fortuita spiritus tollere; hominis⁶⁾ meminisse, at, sive felix eris, sciás te hoc non futurum diu, sive infelix, sciás te hoc non esse, si non putes. (Seneca.)

¹⁾ „det ypperste, højeste“. — ²⁾ „ikke længer har Plads“.

Der sigtes til Alexander den Stores Hærtug. — ³⁾ Milv. 264 Ann. 1; L. 97, c. — ⁴⁾ d. v. s. *et malam fortunam et bonam.*

⁵⁾ *percuti* — *at lade sig ansegte*. — ⁶⁾ = *te hominem esse*.

XVI.

Seneca Lucilio suo salutem.

Epistolas ad me perferendas tradidisti, ut scribis, amico tuo; deinde admones me, ne omnia cum eo ad te pertinentia communioem¹⁾, quia non soleas ne ipse quidem id facere. Ita in eadem epistola illum et dixisti amicum ei negasti; nam si aliquem amicum existimas, cui non tantandem credis quantum tibi, vehementer erras et non satis nosti vim veræ amicitie. Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam judicandum. Isti vero propositore officia permiscent²⁾, qui contra precepta Theophrasti, quem amaverunt, iudicant, et non amant, quem judicaverunt. Dia cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit; quem placuerit fieri, toto illum pectori admittit; tam audaciter enim illo loquere quam tecum. Tu quidem ita vive, ut nihil tibi committas, nisi quod eocommittere etiam inimico tuo possis; sed quia interveniunt quādam, quoē consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaveris, facies³⁾; nam quidam fallere docuerunt, dum timent falli, et illi jus pecandi suspicando fecerunt. Quid est ergo, quare nūlā verba coram amico meo retraham? quid est, quare me eorum illo non putem solū? Quidam, quae tantum amicis committenda sunt, obviis narrant et in quilibet aures, quidquid ipsos urit, exonerant; quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant et, si possent, ne sibi quidem credituri⁴⁾ interius premunt omne secretum. Neutrūm faciendum est; utrumque enim vitium est, et omnibus credere

et nulli; sed alterum honestius dixerim vitium, alterum iutius. (Senecit.)

¹⁾ communioem cum aliquo = „tale med en om“. — ²⁾ proposere o. p. = „vonder op og ned paa, hyad de hørgare“, „handle bagvendt“. — ³⁾ ac. fidelem. — ⁴⁾ fut. Partop. svaret her til hypoth. Iapī. Kanj.

XVII.

Quam iniqui sunt divinorum munerum sestimatores et¹⁾ quidam professi sapientiam! Queruntur, quod non magnitudine corporum aquennus elephantes, velocitate cervos, levitate aves, impetu tauros, quod solidior sit cutis beluis²⁾, decentior dammis, densior ursis, mollier fibris, quod sagacitatem nos narium canes vincant, quod acie luminum aquile, spatio celatis corvi, multa animalia nandi facilitate. Et quum quādam ne coire quidem in idem natura paliatur, ut velocitatem corporum et vires, ex diversis 10 se dissidentibus bonis hominem non esse compositum³⁾ injuriam vocant et negligentes nostri deos, quod non bona valetudo etiam vitiis inexpugnabilis⁴⁾ dala sit, quod non futuri scientia. Vix sibi temperant, quin eo usque impudentis provehantur, ut naturam 15 oderint, quod infra deos sumus, quod non in sequo illis stetimus. Quanto satius est ad contemplationem tot⁵⁾ tantorumque beneficiorum reverti et agere gratias, quod di nos in hoc pulcherrimo domicilio voluerunt secundas⁶⁾ sortiri, quod terrenis praeferunt! Aliquis ea animalia comparat nobis, quorum potestas penes nos est? Quidquid nobis negatum est, dari non potuit. Proinde, quisquis es iniquus ostimator sortis humanae, cogita, quanta nobis tribuerit parsus noster, quanto valentiores animalia 20 sub jugum miserimus, quanto velociora consequamur,

quam nihil¹⁾ sit mortale non sub ictu nostro²⁾ positum. Bene estimata naturæ indulgentia confitearis necesse est in deliciis te illi fuisse.

(Seneca.)

¹⁾ = etiam, „selv, endog“; profaci sap. — philosophi. — ²⁾ her vist = elephantis. — ³⁾ eiss compositeum ex = „furene i sig“ — ⁴⁾ „som ikke kan aadeliggges“. — ⁵⁾ „alle de mange, vi har fauet“. — ⁶⁾ se. partes: „den næste Plads efter dem selv“. — ⁷⁾ quam nihil = „hvor langt det er fra, at noget...“. — ⁸⁾ „under vor Arme Rækkelydde“.

XVIII.

Ut scias non esse sanos, quos ira possedit, ipsum¹⁾ illorum habitum intnere. Nam ut furenlum certa indicia sunt²⁾ audax et minax vultus, tristis frons, torva facies, ciliatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra et vehementius acta suspiria, ita irascientium eadem signa sunt: flagrant ac nictant oculi, multus ore toto rubor exsternante ab imis præcordiis sanguine, labra quatuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, gemitus mugitusque et parum explanatis vocibus sermo præruptus, et complosæ sepius manus et pulsata humus pedibus et totam concitum corpus, foda visu et horrenda facies depravantium se atque intumescentium. Nescias³⁾, utrum magis detestabile vitium sit an deforme. Cetera⁴⁾ licet abscondere et in abdito alere; ira se profert et in faciem exit, quantoque est major, hoc effervescit manifestius. Non vides, ut omnium animalium, simul ad nocendum insurrexerunt, procurant ire notæ, ac tota corpora solitum quietumque egrediantar habitum et feritatem suam exasperent? Spumant apri ora, dentes acsanctur attriti; taurorum cornua jactantur in vacuum, et harena pulsu pedum spargitur; leones fremunt, in-

flantur irritatis colla serpentibus, rabidarum canum tristis⁵⁾ aspectus est. Nullum est animal tam 25 horrendum tamque perniciosum natura, ut non appareat in illo, simul ira invasit, nova feritatis accessio. (Seneca.)

¹⁾ ipsum = „blot“. — ²⁾ certa indicia sunt = „man kan kende..sikkert pan“. — ³⁾ „det er ikke let at afgøre“. — ⁴⁾ se. vita. — ⁵⁾ „skrækindjagende“ (af terro).

PARTICULA IV.

I.

Germaniens, C. Caesaris Caligula pater, Drusi et minoris Antonii filius, a Tiberio patruo adoptatus, quæsturam quinquennio ante, quam per leges liceret, et post eam consulatum statim gessit; missusque ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, 6 legiones universas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes¹⁾ et sibi summan rei publicæ deferentes; incertum pietate an constanti majore, compescuit atque hoste mox devicto triumphavit. Consul deinde iterum creatus ac prius, quam honorem iniret, 10 ad componendum Orientis statem expulsus, quum Armenie regem devicisset, Cappadociam in provincia formam redigisset, unum agens etatis quartam et tricesimum diuturno morbo Antiochiae obiit, non sine veneni suspitione. Nam præter livores, qui toto corpore erant, et spumas, que per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptam reperium est; cuius ea natura existimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat. Obiit autem, ut opinio fuit, fraude²⁾

20 Tiberii, ministerio et opera On. Pisonis, qui sub idem tempus Syriae prepositus nec dissimulans offendendum sibi aut patrem aut filium, quasi plane ita necessere esset¹⁾, etiam regnum²⁾ Germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus³⁾ nullo 25 adhibito modo adfecit; propter quae, ut Romanum rediit, pene disceptus a populo, a senatu capitis damnatus est. (*Suetonius*)

¹⁾ „vægter sig ved at anerkende“. — ²⁾ „lønnske Anstiftelse“. — ³⁾ Sætningen gælder .. et ved forbindelse med det efterfølgende. — ⁴⁾ „medens han har syg“. — ⁵⁾ „Kunnskolsor“.

II.

Alexander in Sogdianis Percolao cum tribus milibus peditum relicto Bactra pervenit. Inde ad ea, quae defectione¹⁾ turbula erant, compонēda processit, imperfectisque consternationis auctoribus quarto dia 5 ad flumen Oxum pervenit. Superato deinde Oxo ad urbem Margianam pervenit; circa eam sex oppidis condendis electa sedes est. Et cetera quidem pacaverat rex: una erat petra, quam Arimazes Sogdianus triginta milibus armatorum obtinebat ali- 10 mentis ante congestis, quo tanta multitudini vel per biennium suppaterent. Petra in altitudinem XXX eminet stadia, circuitu C et L complectitur; undique abscisa et abrupta semita perangusta aditum. In medio altitudinis spatio habet specum, cuius os 15 artum et obscurum est; paulatim deinde interiora panduntur, intima etiam altos recessus²⁾ habent. Fontes per totum fore specum manant, e quibus collectae aqua per prona montis flumen demittuntur. Rex loci difficultate spectata statuerat inde abire; 20 cupidus deinde incessit animo naturam quoque fatigandi³⁾. Prius tamen, quam fortunam obsidionis

experiretur, Cophen (Artabazi⁴⁾ hic filius erat) misit ad barbaros, qui evaderet, ut dederent rupem. Arimazes loco fratus superbe multa respondit; ad ultimum, an Alexander etiam volare posset, interrogat. Quo nuntista regi sic ascendere animum, ut adhibitis, cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari eludentis ipsos, quis pinnas non haberent; se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare. „Trecentos“⁵⁾ inquit „perniciissimos juvenes ex suis quisque copiis perducile ad me, qui per calles et pene invias rupes domi pecora agere consueverunt.“ Illi praestantes et levitate corporum et ardore animorum strenue adducunt; quos intuens rex: „Vobiscum“⁶⁾ inquit, „o juvenes et mei sequales, urbium invictarum ante me munimenta superavi, montium juga perenni nive ohruta emensus sum, angustias Cilicie intravi, Indio sine lassitudine vim frigoris sum perpessus. Et mei⁷⁾ documenta vobis dedi et vestri habeo. Petra, quam videtis, unum aditum habet, quem barbari obsident; cetera negligant: nulla vigilie sunt, nisi quo castra nostra spectant. Invenientis viam, si sollerter rimati fueritis aditus ferentes ad cacumen. Nihil tam alle natura consti- 45 tuuit, quo virtus non possit omni. Experiendo, que ceteri desperaverunt, Asiam habemus in potestate. Evadite in cacumen, quod quum⁸⁾ ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis; ego copiis admotis hostem in hos a vobis convertam. Primum erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta decem; uno minus accipiet, qui proximus ei venerit, eademque ad decem homines servabitur portio⁹⁾. Certum autem habeo vos non tam liberalitatem intusri meam quam voluntatem.“¹⁰⁾

His animis regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur; dimissique ferreos cuneos, quos inter saxa defigerent, validosque funes parabant. Rex circumvectus petram, qua minime asper ac
60 præruptus aditus videbatur, secunda vigilia, quod bene verteret¹³), ingredi jubet. Illi, alimentis in bidnum sumptis, gladiis modo atque hastis armati subire coeperunt. Ac primo pedibus ingressi sunt;
65 deinde, ut in prærupta perventum est, alii manibus cminentia saxa complexi levantes semel, alii adjectis funim laqueis evasere, quidam, quum cuneos inter saxa defigerent ut gradus, subinde quis insisterent. Diem inter metum laboremque consumpserunt. Per aspera ensis-duriora restaurant, et crescere altitudo
70 petrae videbatur. Illa vero miserabilis erat facies, quum ii, quos instabilis gradus fefellerat¹⁴), ex precipiti devolverentur; mox eadem in se patienda¹⁵) alieni casus ostendebat exemplum. Per¹⁶) has tamen difficultates enihuntar in verticem montis, omnes
75 fatigazione continuati laboris affecti, quidam multe parti membrorum; pariterque eos et nox et somnus oppressit. Stratis passim corporibus in inviis et asperis saxonum, pericoli instantis oblii, in lucem quieverunt; tandemque ex alto sopore excitati oculi
80 cultas subjectasque ipsis valles rimantes, tum ignari¹⁷), in qua parte petra tanta vis hostium condita esset, fumum et specu infra se ipsos evolutum¹⁸) notaverunt, ex quo intellectum, illam hostium latebrum esse. Itaque hastis imposuero quod convenerat signum,
85 totoque a numero duos et triginta in adscensu intersisse agnoscunt.

Rex non cupidine magis potiundi loci quam vice eoram, quos ad tam manifestum periculum miserat, sollicitus¹⁹) toto die cacumina montis intrens restitit;

noctu demum, quum obscuritas conspectum oculorum 90 ademisset, ad curandum corpus recessit. Postero die nondum satis clara luce primus vela, signum capti verticis, conspexit. Sed an falleretur uices, dubitare cogebat varietas celi, nunc internitenta lucis fulgore, nunc condito; ut liquidior lux apparuit celo, dubitatio exempta est, vocatumque Cophen, per quem barbarorum uimus temptaverat, mittit ad eos, qui moneret, nunc saltem salubrius consilium inirent; sin autem fiducia loci perseverarent, ostendi a tergo jussit, qui ceperant verticem. Cophes admissus svadere 100 ceperit Arimazi petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in unius rupis obsidione haerere non coegisset²⁰). Ille ferocius superbiusque quam antea locutus abire Cophen jubet. At is prensum manu barbarum rogat, ut secum extra 105 specum prodeat; quo impetrato juvenes in cacumine ostendit et ejus superbie hand immerito illudens pinnas habere ait milites Alexandri. Jamque e Macedonum castris signorum concentus et totius exercitus clamor audiobatur. Ea res, sicut pleraque 110 belli, vana et inanis barbaros ad deditio[n]em traxit; quippe occupati meta paucitatem eorum, qui a tergo erant, estimare non poterant. Itaque Cophen (nam trepidantes reliquerat) strenue revocant et cum eo triginta principes mittunt, qui regi petram tradant 115 et, ut incolmibus abire licet, paciscantur. Ille quamquam verbatur, ne conspecta juvenum paucitate deturbarent eos barbari, tamen et fortunas sue confusus et Arimazi superbise infensus nullam se condicionem deditio[n]is accipere respondit. Arimazes, 120 desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentiis suo desuendit in castra; quos omnes verberibus affectos sub ipsis radicibus petrae

crucibus iussit adfigi. Multitudo deditorum incolis
125 novaram urbium cum pecunia capta dono data est;
Artabazus in petro regionisque, quo adposita esset
ei, tutelam relicta. (Curtius.)

¹⁾ Et Opfer i Landskaberne Sogdiana og Bactriana, som
Porsuren Spitancenes havde vakt. — ²⁾ „(hule) Rum“. —
³⁾ „kaunpe imod“. — ⁴⁾ En formen Perser, Kong Daren's
trofaste Ven, som efter hans Død havde sluttet sig til Alexander
og var blevet udnevnt af ham til Bestyrer af Bactriana.
— ⁵⁾ nisi = „hvordan jeg selv er“. — ⁶⁾ quod quam — et quem
id. — ⁷⁾ »og saa fremdoler intil den tiende Mand“. — ⁸⁾ se
Lex. verba, 2 d; L. II, 98, 5. — ⁹⁾ Mdv. 293 a Ann.; L. II, 82, c.
— ¹⁰⁾ max... patienda = „at de selv snart kunde komme til at
håde det samme“. — ¹¹⁾ „til Trods for“. — ¹²⁾ „idet de på
det Tidspunkt endnu ikke anede“. — ¹³⁾ — evolventem ss.
— ¹⁴⁾ „hvis Sind var i Uro“. — ¹⁵⁾ Mdv. 334 b; L. 161.

III.

Alexander omnibus in Perside compositis cogitationes in bellum Indicum vertit. Dives regio illa habebatur, non anno modo sed gemmis quoque marguratisque ad luxum magis quam ad magnificentiam
6 exulta. Perili Indos militares auro et ebore fulgere dicebant; itaque, necubi vinceretur²⁾, quum ceteris rebus præstaret, scutis argenteas lannas, equis frenos aureos addidit, loricas quoque alias auro aliis argento adornavit. Centum viginti milia armatorum erant,
10 quae regem ad id bellum sequebantur. Jamque omnibus præparatis, quod olim prava mente conceperat³⁾, tunc esse matrum⁴⁾ ratus, quoniam modo celestes honores usurparet, cœpit agitare. Jovis filium non dici tantum se, sed etiam credi volebat, tamquam perinde
15 animis imperare posset ac linguis; jussitque mors Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prostrernentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciosa adulatio, perpetuum malum

regum, quorum opes scepns aduentatio quam hostis
evertit. Nec Macedonum haec erat culpa (nemo enim 20
illorum quicquam ex patrio more libare⁵⁾ sustinuit);
sed Græcorum, qui professionem honestarum artium
malis corruperant⁶⁾ moribus. Agis quidam Argivus,
pessimorum carminum conditor, et ex Sicilia Cleo,
hic quidem non ingenii solum sed etiam nationis 25
vitio adulator, et octera urbinum suarum purgamenta,
que propinquis etiam maximorumque exercituum
ducibus a rege præferebantur, hi tum caelum illi
aperiebant, Herculemque et Patrem Liberum et cum
Polluce Castorum novo numini cœssuros esse jacta- 30
bant. (Curtius.)

¹⁾ ad... magnificentiam = luxuriosius quam magnificentius,
Mdv. 293; L. 98 b. — ²⁾ „for ikke at staa tilbage på noget
Punkt“. — ³⁾ nl. at lade sig erklære for en Guddom. —
⁴⁾ esse matrum: „at Øjeblikket nu var kommet til at gennem-
føre den Plan“. — ⁵⁾ quicquam libare = „afvige det mindste“,
— ⁶⁾ „pleite“.

IV.

Missus Hannibal in Hispaniam primo statim ad-
ventu omnem exercitum in se convertit; Hamilearem
juvenem redditum sibi veteros milites credere;
eundem¹⁾ vigorum in vultu vimque in oculis, habitum
oris lincamentaque intueri. Dein brevi efficit, ut 5
pater in se²⁾ minimum momentum ad favorem con-
ciliandum esset. Numquam ingenium idem ad res
diversissimas, parendum atque imperandum, habilius
fuit. Itaque haud facile discerneres³⁾, utrum impa-
ratori an exercitui carior esset: neque Hasdrubal 10
alium quemquam præficere malle, ubi quid fortiter
ac strenue agendum esset, neque milites alio duce
plus confidere aut audere. Plurimum audacie ad
pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa
pericula erat; nullo labore aut corpus fatigari aut 15

animos vinci poterat; caloris ac frigoris patientia par; cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate, modus sinitus; vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora: id⁴), quod gerendis rebus supercesset, quieti datum; ea neque molli strato neque silentio accessita: multi sepe militari sagalo opertum humi jacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil inter sequales⁵) excellens; armis atque equi conspiciebantur. Equitum peditumque idem⁶ longe primus erat; princeps in proelium ibat, ultimus conseruo proelio exce-debat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia aquabant: inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri⁷), nihil sancti, nullus denun metus, nullum jus jurandum, nulla religio. (*Livius.*)

⁴) Pronominet herer til alle. 4 Subst. — ⁵) pater in se — shans Lighed med Faderen". — ⁶) Mdv. 308 a; L. § 184 b. — ⁷) „kun den Tid". — ⁸) istdfl. æqualium vestibus. — ⁹) „paa en Gang". — ¹⁰) „ingen Ærlighed".

V.

Omnis, qui alterum, nullis¹¹ impulsi iniunctiis, nulla privatim læsi injuria, nullo præmio adducti, in judicium rei publicæ causa vocant, providere¹² debent, non solum quid oneris in presentia tollant, sed quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur.

Legem¹³ enim sibi ipsi dicunt innocentiae, continentiae virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt, atque eo magis, si id, ut ante dixi, faciunt nulla re commoti alia nisi utilitate communis. Nam qui sibi hoc sumpsit, ut corrigat mores aliorum ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipso ab religione officii declinarit? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus ejusmodi civis laudandus

ac diligendus est, quod non solum ab re publica civem improbum removet, verum etiam se ipsum ejusmodi fore profitetur ac præstat, ut sibi non modo communi voluntate virtutis atque officii, sed etiam vi quadam magis necessaria recte sit honesteque vivendum. Itaque hoc ex homine clarissimo atque eloquentissimo, L. Crasso, sepe auditum est, quum¹⁴ se nullius rei tam penitente diceret, quam quod C. Carbonem unquam in judicium vocavisset; minus enim liberas omnium rerum voluntates habebat, st. vitam suam pluribus, quam vellet, observari oculis arbitrabatur. (*Cicero.*)

¹¹) Mdv. 370 Ann. 2; L. 118 c NB. — ¹²) „ford betenkende". — ¹³) legem sibi dicere: „påalægge sig en Forpligtelse". — ¹⁴) Mdv. 349 Ann. 3.

VI.

Villicus qualis esse debeat, L. Columella in libro undecimo de re rustica disserit, cuius disputationis hoc est initium: Villicum fundo familiæque proponi convenit atque nec prime nec ultime; nam servitia sic tirunculum contempnunt ut senem, quoniam alter nondum novit opera ruris, alter exequi jam non potest, atque hunc adulescentia neglegentem, senectus illum facit pigrum. Media igitur ætas huic officio est aptissima, poteritque talis villicus ab anno tricesimo usque in sexagesimum, si non interveniant fortuita corporis vilia, satis validi fungi muneribus agricolæ. Quisquis autem destinabitur¹⁵ huic negotio, sit oportebit idem¹⁶ scientissimus robustissimusque, ut et doceat subjectos et ipse commode faciat, que præcipit, si quidem nihil recte sine exemplo docetur aut discitur, decetque villicum magistrum esse operariorum, non discipulum, quum

etiam de patrefamilias M. Cato, prisci moris exemplum, dixerit: „Male agitur cum domino, quem villi-
20 ea donat.” Itaque in *Economico* Xenophontis,
quem M. Cicero Latino sermoni tradidit, vir egregius ille Ischomachus Atheniensis, rogatus a Socrate,
utrumne, si res familiaris²⁾ desiderasset, mercari
villicum tamquam fabrum³⁾ an a se instituere conve-
25 verit, „Ego vero” inquit „ipse instituo; etenim, qui
me absente in meum locum substituit et vicarius
mense diligentia suesedit, is eadem, quo ego, sciens
debet.” Quare a pueritia rusticis operibus educandus
multisque prius experimentis inspiciendus erit futurus
20 villicus, nec solum, an⁴⁾ perdidicerit disciplinam
ruris, sed etiam, an domino fidem ac benevolentiam
exhibeat, sine quibus nihil prodest villici vel summa
scientia.

¹⁾ Mdv. 204 Ann.; L. 145. — ²⁾ se ovfr. IV, iv, 8. —
³⁾ „Haavvesen”. — ⁴⁾ „Haandverksslave”. — ⁵⁾ = nem.

VII.

L. Columella in libro de re rustica duodecimo,
ubi, qualis villica esse debeat, disserit, matronarum
mores et vita domesticos disciplinam mutatam⁶⁾ his
fere verbis commemorat: „Et apud Graecos et apud
5 Romanos usque in patrum nostrorum memoriam fere
domesticus labor matronarum fuit, tamquam ad
requiem forensium exercitationum omni cura deposita
patribus familias intra domesticos penates se recipi-
tibus. Erat tunc summa matronarum erga maritos
10 reverentia cum concordia et diligentia mixta, flagra-
balque mulier pulcherrima simulacione, studens nego-
tiorum⁷⁾ viri cura sua meliora reddere. Nihil conspicie-
batur in domo dividuum, nihil, quod aut maritus
aut femina proprium esse juris sui dicaret, sed in

commune conspirabatur ab utroque, ut cum foren-
sibus viri negotiis domestica matronae industria
rationem parum faceret⁸⁾. Itaque ne villici quidem
aut villicæ magna erat opera, quum ipsi domini⁹⁾
quotidie negotia sua reviserent atque administrarent.
Nunc vero, quum plerique matrone sic luxu et
inertia diffluant, ut ne lanificii quidem curam susci-
pere diguentur, sed domi confectæ vestes fastidio
sint perversaque cupidine maxime placeboant, que
grandi pecunia et totis paucis occasibus emuntur,
nihil mirum est, easdem¹⁰⁾ ruris et instrumentorum
agrestium curam gravari sordidissimumque negotium
ducere paucorum dierum in villa moram. Nam ob
causam quum in totum¹¹⁾ exoleverit vetus ille matronum-
familias mos Sabinarum atque Romarum, noce-
saria irrepit villicæ cura, que tueretur officia ma-
tronæ, quomodo jam et villici quoque successerunt
in locum dominorum, qui quondam prius conserva-
dine non solum coluerant sed habitaverant rura.¹²⁾

⁶⁾ „den Faranding, der er sted med” (Partep. hører
oppe til m. mors). — ⁷⁾ „Bevæft”. — ⁸⁾ rat. p. facere cura; . —
„voje lige op imod”. — ⁹⁾ „Herskabet”. — ¹⁰⁾ Mdv. 480; L. II,
50, 6. — ¹¹⁾ in totum = „fuldstændigt”.

VIII.

Cesar moderationem clementiamque quum in
administratione tum in victoria belli civilis admirabilem
exhibuit. Denuntiante Pompejo pro hostibus
se habiturum, qui rei publicæ defuisse¹³⁾, ipse me-
dius et neutrius partis suorum sibi numero futuros
pronuntiavit. Quibus autem ex commendatione
Pompeji ordines¹⁴⁾ dederat, potestatem transeundi
ad eum omnibus fecit. Motis apud Elerdam¹⁵⁾ dedi-
ctionis condicionibus, quum adsiduo inter utrasque
partes usu atque commercio Afranius et Petreius 10

deprehensoris intra castra sua Julianos subita pessentia¹⁾ interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. Acie Pharsalica proclamavit, ut cibibus parceretur, deincepsque nomen non suorum, 18 quem vellet, unum partis adversae servare concessit; nec ulli perisse nisi in prolio reperientur, exceptis dumtaxat Afranio et Fausto et L. Cesare²⁾ juvencis; ac ne hos quidem volantate ipsius interemptos putant. Denique tempore extremo etiam, quibus nondum 20 ignoverat, eumotis in Italiam redire permisit magistratusque et imperia capere. Sed et³⁾ statuas L. Sulla atque Pompeji a plebe dejectas reposuit. Ac si qua posthac aut cogitarentar gravius⁴⁾ adversos se aut dicerentur, inhibere maluit quam vindicare. Itaque 25 et detectus conjurationes convenientiasque nocturnas non ultra arguit⁵⁾, quam ut edicto ostenderet esse sibi notas, et acerbe loquentibus satis habuit pro contione denuntiare, ne perseverarent. Aliisque Cæsare criminosisimo libro et Pitholai⁶⁾ carminibus 30 maledicentissimis laceratam existimationem suam civili animo talit. (Suetonius.)

¹⁾ Mdv. 334 b; L. 151. — ²⁾ se Part. III, xii. Ann. 2. — ³⁾ i Spanien, hvor han kompædø mod Pompejus's her ulevante Legater, modis = „da der var kompædø med Forhandlinger i Gang om“. — ⁴⁾ subita post = „idet de pludelig fortred, at de havde infladt sig derpaa“. — ⁵⁾ Fausto Sulla, Diktatorrens Son og Pompejus's Svigeren; L. Cæsar, en Ærø Slægtning af Cæsar; alle de tre her nævnte myrdedes af Cæsar Soldater efter Slaget ved Thapsos, skønt Cæsar havde beskydet dem. — ⁶⁾ sed et = „fremdeles“. — ⁷⁾ cogit. gratus: „Jagdes endo Raad op“. — ⁸⁾ „paniale, skyde ind land“. — ⁹⁾ lidet bekendte Pompejanere; P. var en frigiven fra Rhodus.

IX.

Alexandro Macedoni, quam victor Orientis animos supra humana tolleret¹⁾; Corinthii per legatos

gratulati sunt et civitate²⁾ illum sua donaverunt. Quam risisset hoc Alexander officii genus, unus ex legatis: „Nulli“ inquit „civitatem unquam dedimus & alii quam tibi et Herculi.“ Libens accepit delatum honorem et legatos invitatione aliquaque humanitate prosequens est; cogitavit, non qui sibi civitatem darent, sed cui dedissent; et homo glorie deditus³⁾, cujus nec naturam⁴⁾ nec modum neverat, Herculis 10 Liberique vestigia sequens ac ne ibi quidem resistens, ubi illa defecerant, ad socium honoris sui respxit a dantibus, tamquam oculum, quod mente vanissima complectebatur⁵⁾, tenaret, quia Heronli cognabatur. Quid enim illi simile habebat vesanus 15 adulescens, cui pro virtute erat felix temeritas? Hercules nihil sibi vicit; orbem terrarum transivit non concupisendo⁶⁾, sed vindicando⁷⁾, quidquid vinceret⁸⁾, malorum hostis, bonorum vindex, terrarum marisque pacator; at hic a pueritia Iatro gen- 20 tumque vastator, tam⁹⁾ hostium pernicies quam amicorum, qui summum bonum doceret terrori esse emetis mortalibus, oblitus, non ferociissima tantum sed ignavissima quoque animalia timeri ob malum virus. (Seneca.)

26

¹⁾ animos.. tolleret = „i sin Stolthed falte sig ophejet over Menneskeheden“. — ²⁾ se Lex. civitas, 1. — ³⁾ deditus = „som lidenskabeligt higede efter“. — ⁴⁾ „sunde Viesen“. — ⁵⁾ quod .. complectebatur = „hvæs Besiddelse han utbrændte“. — ⁶⁾ non concupisendo = „ikke af Lust til at crobre den“. — ⁷⁾ se. a milit. — ⁸⁾ „i alle sine Seje fiste han sig som ..“. — ⁹⁾ = non magis.

X.

Callistratum¹⁾ ejunt (ita certe Hesacion²⁾ auctor est), quam in exilium iret, in quod multos cum illo simili seditione civitas et intemperanter libera³⁾ ex-

pulerat, optante quodam, ut Atheniensibus necessitas
5 restituendi exiles esset, abominatum⁴⁾ talem redditum.
Rutilius⁵⁾ noster etiam animosius⁶⁾, quum quidam
illum consolaretur et diceret instare arma civilia,
brevi fumarum, ut omnes exulos reverterentur, „Quid
10 tibi⁷⁾ inquit „mali fodi, ut mihi pejorem redditum quam
exitum optares? Ut malo, patria exilio meo erubet-
seat quam redditu mereat!“ Non est istud exilium,
cujus neminem non magis quam damnatum puderet.
Quemadmodum illi servaverunt honorum civium
15 officium⁸⁾, qui reddi sibi penates suos noluerunt elude-
re communis, quia satius erat duos iniquo malo adfici
quam omnes publico, ita non servat grati hominis
adfectum, qui bene de se merentem distingit⁹⁾ difficultatibus vult, quas ipse submoveat, quis, etiam si
beno cogitat, male precatur. Ne in patrocinium
20 quidem, nedum in gloriam cedet¹⁰⁾ incendium ex-
stinxisse, quod feceris. In quibusdam civitalibus
impium votum sceleris vicem tenuit¹¹⁾. Demades¹²⁾
certe Athenis eum, qui necessaria funeribus vendi-
tabat, damnavit¹³⁾, quum probasset magnum lucrum
25 optasse, quod contingere illi sine mulierum morte
non poterat. (*Seneca*)

¹⁾ En anset Taler i Athen, Forer for Fredspartiet i Tiden o. 390-84, hvorefter han, evist hvorfor, blev dødsdømt og måtte flygte til Makedonien. — ²⁾ Steiger, o. 100 f. Chr. — ³⁾ = libertate usæ. — ⁴⁾ „barmfuld afviste Tanken om“. — ⁵⁾ Part. VII, iv, Ann. — ⁶⁾ „bejsindet“. — ⁷⁾ serv. officium = „trofast har iugtagtet deres Pligt som“. — ⁸⁾ „blive stedt f“. — ⁹⁾ cedere in = „tjene (komme) til“. — ¹⁰⁾ vicem tenere = „blive betragtet som“. — ¹¹⁾ hersnt Taler i Athen, samtidig med Demosthenes. — ¹²⁾ „ik domfældt“.

XII.

Titus imperator natura benevolentissimus, quum
ex instituto¹⁾ Tiberii omnes dehinc Caesares beneficia

a superioribus concessa principibus aliter rata non
haberent, quam si eadem iidem et ipsi dedissent²⁾,
primas proterita omnia beneficia uno confirmavit o
edicto³⁾, nec a se peti passus est. In ceteris vero
desideriis hominum obstinatissime tenuit, ne quem
sine spe dimitteret; quin et admonentibus⁴⁾ dome-
sticis, quasi plura polliceretur, quam praestare pos-
set, non oportere sit quicquam a sermone principis 10
tristem discedere. Atque etiam recordans⁵⁾ quoniam
super cenam, quod nihil cuiquam toto die
praestitisset, memorabilem illam meritoque laudatam
vocem edidit: „Amici, diem perdidisti.“ Quædam sub
eo fortuita ac tristia⁶⁾ acciderunt, ut conflagratio 15
Vesuvii montis in Campania et incendium Rōmæ
per triduum totidemque noctes, item pestilentia,
quanta non temere alias. In his tot adversis ac
telibus non modo principis sollicitudinem⁷⁾, sed et
parentis affectam⁸⁾ unicum præsulit, nunc conso- 20
lando per edicta, nunc opitulando, quatenus sup-
petret facultas. Inter adversa temporum et delatores
erant ex licentia veteri: hos adsidue in foro flagel-
lis ac fustibus casos ac novissime traductos per
amphitheatri harenam partim hasta subici ac venire 25
imperavit, partim in asperitas insularum avehi.
Fratrem Domitianum insidiari sibi non desinentem
neque occidere neque seponere ac ne in minore
quidem honore habere sustinuit, sed ut a primo
imperii die consortem successoremque testari perse- 30
veravit, nonnumquam secreto precibus et lacrimis
orans, ut tandem mutuo erga se animo vellet esse⁹⁾.

(*Suetonius*)

¹⁾ „Eksompol“. — ²⁾ Mdv. 334 b; L. 151. — ³⁾ „Kun-
gsgærelæ“. — ⁴⁾ „søgte at tale ham til Rette (og forestillede
ham, at...)“, idet Sætn. med quæst. — Ak's. m. Int. — ⁵⁾ „krom

i Tanke om¹; angaaende *quod*, *præstilissem* se Lex. *quod* 11, 1, c. — ²) *forteita ac tristia* — „uberegnelige Ulykker“ — ³) „Omsorgsfaldhed“ — ⁴) „Kierlighed“ — ⁵) *at* .. *esse* = „at han vilde gengænde hans Fælser for ham på samme Vis“.

XIII.

Alexandrum in India versantem duaram gentium, Sudracarum Mallorumque, centum legati adeunt. Omnes currū vehebantur, eximia magnitudine corporum, decoro habitu; linea vestes intecto auro purpuraque distinctas. Ei se dederū ipsos, urbes agrosque referebant, per tot aētates inviolatam libertatem illius primum¹⁾ dicioni permissuros; deos sibi deditiois antores, non metum; quippe intactis viribus jugum excipere. Rex consilio habito eos in fidem accepit stipendio imposito; præterea duo milia et quingentos equites imperat; et omnia obœdienter a barbaris facta. Invitatās deinde ad epulas legatis gentium regulisque exornari convivium jussit.

Intererat epulis Dioxippus Atheniensis, pagil nobilis et ob eximiam virtutem et virium fumum regi pernotus et gratus. Invidi malignique increpabant²⁾ per seria et ludum, sequi exercitum sagittati corporis inutilem beluum; quum ipsi prælium inirent, oleo madentem præparare ventrem epulis. Eadem 20 igitur in convivio Horratas Macedo jam temulentus exprobrare ei coepit et postulare, ut, si vir esset, postero die secum ferro decerneret; regem tandem vel de sua temeritate vel de illius ignavia judicatum. Et a Dioxippo, contemptim militarem elusa mente ferociam³ accepta condicio est. Ac postero die rex, quum etiam acrius certamen exposcerent, quia detergere⁴ non poterat, destinata essequi passus est. Ingens vis militum intererat, quorum Graeci Dioxippo studebant. Macedo justa arma sumpserat,

aerum clipeum hastamque, quam sarisam vocant, 30 lāva tenens, dextra lanceam, gladioque cinctus, velut cum pluribus simul dimicaturna. Dioxippus, oleo nitens et coronatus, lāva puniceum amiculum, dextra validum nodosumque stipitem præfersbat. Ea ipsa⁵ res omnium animos exspectatione suspenderat; quippe 35 armato congregati nudum dementia, non temeritas, videbatur. Igitur Macedo, hūi dubius eminus interfici posse, lanceam emisit; quam Dioxippus quum exigua corporis declinatione vitasset, ante quam ille hastam transferret in dextram, adsiluit et stipite 40 medium eam fregit. Amisso utroque telo Macedo gladium cooperat strigere; qui tū occupatum complexu, pedibus repente subductis, Dioxippus arietavit in terram, eruptoque gladio pedem super cervicem iacenti imposuit, stipitem intans elisurasque⁶ eo 45 victimū, ni prohibitus esset a rege. Tristis spectaculi eventus non Macedonibus modo sed etiam Alexandro fuit, maxime quia barbari adfuerant; quippe celebratam Macedoniam fortitudinem ad ludibrium recidisse verebatur. Hinc ad criminationem so invidorū adaptata sunt regis ares. Et post paucos dies inter epulas aureum poculum ex composito⁷ subducitur, ministrique, quasi⁸ amisissent, quod amoverant, regem idenit. Sepe nimis est constantia in pudore quam in culpa⁹: conjeclam oculorum, 55 quibus ut fur destinabatur¹⁰, Dioxippus ferre non potuit et, quum excessisset convivio, litteris conscriptis, quae regi redderentur, ferro se intererit. Graviter mortem ejus init rex, existimans indignationis esse, non penitentis, testem, utique postquam eo falso iusimulatum eum nōn invidorum gaudium ostendit. (Curtius.)

³) *alius primum* — „og at han var den første, til hvis . . .“ — ³) „skældte over“. — ³) *militarem ferociam* — „Krigsmændens Ustyrlighed“. — ⁴) „fan dem til at opgive det“. — ⁴) *ipso* = „alene“. — ⁵) *aliatus svurer til aliis* — ⁵) *ex compido* — „efter forud træffen Aftale“. — ⁶) *quasi* — „idet de foregav, at“. — ⁷) *pudor . . . estpa:* „den sekundære Mand . . . Forbryderen“. — ⁸) „udpege“.

XIV.

Alexander, Bactrianis in fidem acceptis, relicta phalange ad subigendos Sogdianos, qui defecerant, cum equite processit. Arduum et impeditum¹⁾ saxis iter primo nesciunque tolerabant; mox, equorum non² unguis modo atritis, sed corporibus etiam fatigatis, sequi plerique non poterant, et rarius subinde agmen fiebat, pudorem, ut fere fit, immodico labore vincente. Tamen subinde equos mutans sine intermissione fugientes hostes insequebatur. Nobiles juvenes comitari cum soliti defecerant³⁾ praeter Philippum. Lysimachi erat frater, tum primum⁴⁾ adulsus et, quod facile appareat, indolis rarsus. Is pedes, incredibile dictu, per quingenta stadia vectum⁵⁾ regem comitatus est, sepe equum suum offerente Lysimacho, nec tamen, ut digredieretur a rege, effici potuit, quam lorica induitus arma gestaret. Idem⁶⁾, quum perventum esset in saltum, in quo se barbari abdiderant, nobilem edidit pugnam regemque comminas cum hoste dimicantem protexit. Sed postquam barbari in fugam effusi deserueru silvus, animus⁷⁾, qui in ardore pugnae corpus sustentaverat, liquit; subitoque ex omnibus membris profuso sudore arboris proximae stipiti se applicauit. Deinde ne illo quidem adminiculo sustinente manibus regis exceptus est, inter quas collapseus extinguitur. Mortuum regem alius haud levis dolor exceptit. Erigynas inter claros duces fuerat; quem

extinctum esse paulo ante, quam reverteretur in castra, cognovit. Utroquisque funus omni apparatu atque honore celebratum est. (*Curtius*,

¹⁾ „vanskælig at komme frem ad“. — ²⁾ „sakke bagud“. — ³⁾ „lige, just“. — ⁴⁾ *rectum* — *qui (equo) vehabatur*. — ⁵⁾ Mdv. 430; L. II, 50, 4. — ⁶⁾ „Sjænkraft“.

XV.

In Tusculano quum essem velleaque e bibliotheca pueri Luculli¹⁾ quibusdam libris uti²⁾, veni in ejus villam, ut eos ipse, ut solebam, inde promerem. Quo quum venissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem multis circumfusum Stoicorum libris. Erat enim ingens in eo aviditas legendi nec satiari poterat, quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi inanem reformidans in ipsa curia soleret legere sape, dum senatus cogeretur, nihil operæ rei publicæ detrahens; quo magis tum in summo otio maxima quo copia³⁾ quasi helluari libris, si hoc verbo in tam præclara re utendum est, videbatur. Quod⁴⁾ quum accidisset, ut alter alterum occupato videremus, surrexit statim. Deinde post prima illa, quæ in congressu solemus: „Quid ta⁵⁾ inquit ibi „huc? a villa⁶⁾ enim, credo“; et: „Si ibi te esse scissom, ad te ipse venissem.“ — „Hæri⁷⁾ inquam „Iudis commissis ex urbe profectus veni ad vesperum; causa autem fuit hue veniendi, ut quoadam hinc libros promerem. Et quidem, Cato, hanc totam copiam jam Lænculo nostro notam esse oportebit; nam his libris cum malo quam reliquo ornata villa delectari. Est enim mihi magnus curse (quamquam hoc quidem proprium tamen munus est), ut ita studiar, ut et patri et Cæpioni nostro et tibi tam propinquo respondeat⁸⁾. Laboro autem non sine crusa; nam et avunculi

cjus memoria moveor (nec enim ignoras, quanti fecerim Cæpionem, qui, ut opinio mea fert, in principibus jam esset, si viveret), et L. Lucullus mihi 30 versatur ante oculos, vir quum omnibus virtutibus excellens tam mecum et amicitia et omni voluntate sententiaque¹⁾ conjunctus.²⁾ — „Præclare“ inquit „faots, quod et eorum memoriam tenes, quorum uterque tibi testamento liberos suos commendavit, et puerum 35 diligis. Quod autem meum munus dicis, non equidem recuso, sed te adjungo socium. Addo etiam illud, multa jam mibi dare signa puerum et pudoris et ingenui; sed astatem video.³⁾ — „Video equidem“ inquam; „sed tamen jam infici debet iis artibus, quas⁴⁾ 40 si, dum est tener, combiberit, ad majora veniet parvior.“ — „Sic est, et quidem diligentius aepinusque ista loquemur inter nos agemusque communiter. Sed residamus“, inquit, „si placet.“ Itaque fecimus. Tum ille: „Tu autem, quum ipse tantum librorum 45 habeas, quos hic tandem requiris?⁵⁾ — „Commentarios quosdam“ inquam „Aristotelios, quos hic sciebam esse, veni ut auferrem, quos legerem, dum essem otiosus; quod quidem nobis non saepe contingit.“ — „Quam vellent“ inquit, „te ad Stoicos inclinavisses! 50 Erat enim, si enjusquam, certe tuum nihil praeter virtutem in bonis ducere.“ (Cicero).

¹⁾ „Den unge Lucullus“ var en Son af den berømte Felt-herre L. L. Deune havde bygget sig den her omtalte Villa i Tusculum og der samlet et rigt Bibliothek; baus Hustru var Servilia, Datter af Q. Servilius Cæpion; hendes Halvhader og altsaa den unge L.'s onkelsøn var den her nævnte Cæpion, som døde c. 70 f. Chr.; hendes Halvhader var Cato (Uticepion), hvem Laenillas havde indsæt til Formynder for sin Son. — ²⁾ „haave“. — ³⁾ „den bedste Lejlighed“. — ⁴⁾ Mdv. 393; L. II, 98, 4. — ⁵⁾ Ciceros eget Tusculanum. — ⁶⁾ se Lex. respondet, 3 a. — ⁷⁾ f. v. s. „politisk Anskuelse“. — ⁸⁾ Mdv. 392; L. II, 106 b.

XVI.

M. Cicero in libro de divinatione secundo contra prodigiorum fidem, quam Quintus frater ejus defenderat, inter alia hoc disputat: „Sangvine pluisse senatus nuntiatum est, Atratum etiam fluvium fluxisse sangvine, deorum sudasse simulaora. Num censes his nuntiis Thalen aut Anaxagoran aut quemquam physicum crediturum fuisse? Nec enim sangvis nec sudor nisi ex corpore; sed et decoloratio¹⁾ quosdam ex aliqua contagione terrena²⁾ maxime potest sanguini similis esse, et umor adlapsus extrinsecus, ut in 10 tectoriis videmus austro³⁾, sudorem videtur imitari. Atque hec in bello plura et majora videntur⁴⁾ timentibus; eadem⁵⁾ non tam animadvertisunt in pace. Accedit illud etiam, quod in meta et periculo quam creduntur facilis tam finguntur impunius. Nos autem ita leviss⁶⁾ atque inconsiderati sumus, ut, si mares corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus? Ante vero Marsicum bellum⁷⁾, ut dixisti, quod clipeos Lanuvii mares rosissent, maximum id portentum harspices esse dixerunt. 20 Quasi vero quicquam intersit⁸⁾, mares diem noctemque aliquid rodentes scuta an cribra corroserint! Nam si ista sequimur, quod Pistoris 'Politian' nuper apud me mares corroserant, de re publica debui pertimescere, ant, si Epicuri 'de voluptate' liber 25 rosus esset, putarem ammonam in macello cariorem fore. An vero illa nos terrent, si quando aliqua portentosae aut ex pecude aut ex homine nata dicuntur? Quorum omnium, ne sim longior, una ratio est⁹⁾; quidquid enim oritur, qualcumque est, causam 30 habeat a natura necesse est, ut, etiamusi præter consuetudinem existiterit, præter naturam tamen non

possit existere. Causam igitur investigato in re nova atque admirabili, si poteris; si nullam reperies, illud 25 tamen exploratam habeto, nihil fieri potuisse sine causa, sūmque terrorem, quem tibi rei novitas attulerit, natura ratione¹⁹⁾ depellito.²⁰⁾ (Cicero.)

¹⁾ „Føreskifte“; ²⁾ „spec.“ — ³⁾ „Berøring med en eller anden Jordart“. — ⁴⁾ — ⁵⁾ „austre flante.“ — ⁶⁾ „hør plura s. m. videntur“ = „er man mere af den Slags Ting og tilseggels dem store Betydning“. — ⁷⁾ se ovfr. IV, xv, 5. — ⁸⁾ „tanbelig“. — ⁹⁾ d. v. a. Forhundsfællekrigen. — ¹⁰⁾ Quasi . . . interat = „Men gør det virkelig nogen Forskel“. — ¹¹⁾ „gælder kun een Betragtaingsmaade“. — ¹²⁾ „ved Naturvidenskabens Hjælp“.

XVII.

Aristoteles philosophus, annos juu sere natns duo et sexaginta, corpore æstro adfectoque ac spe vitiæ tenui fuit. Tunc omnis ejus sectatorum cohors ad eum accedit orantes obsecrantesque, ut ipse 5 deligeret loci sui et magisterii¹⁾ successorem, quo post summam ejus diem proinde ut ipso niterantur²⁾ ad studia doctrinarum complenda excolendaque, quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in ejus hudo boni multi, sed præcipui duo, Theophrastus et 10 Menedemus. Ingenio hi atque doctrinis ceteros præstabant; alter ex insula Lesbo fuit, Menedemus autem Rhodo. Aristoteles respondit facturum se, quod vellet, quam id sibi foret tempestivum. Postea brevi tempore quam iudicem illi, qui de magistro 15 destinando petierant, presentes essent, vinum ait, quod tam biberet, non esse id ex valetudine sua, sed insulubre esse atque asperum, ac propterea quæri debere exoticum, vel Rhodium aliquod vel Lesbium; id sibi utrumque ut curarent, petivit, 20 usumque se eo dixit, quod sese magis juvisset. Eunt, querant, inveniunt, adferunt. Tum Aristoteles Rho-

dium petit, degustat: „firmum“³⁾ inquit „hercule vinum et juvandum.“ Petit mox Lesbium, quo item degustato: „utrumque“⁴⁾ inquit „oppido bonum, sed ηδονή δὲ Λέσβιος.“ Id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin 25 lepide simul et veracunde⁵⁾ successorem illa voce sibi, non vinum, delegisset. Is erat e Lesbo Theophrastus, svavitatem homo insigni lingue pariter atque vita. Itaque non diu post Aristotele vita defuncto ad Theophrastum omnes concesserunt. (A. Gellius.) 30

¹⁾ „Skolens Ledelse“. — ²⁾ „holde sig til“. — ³⁾ „kraftig, fyldig“. — ⁴⁾ „hensynsfuldt“.

PARTICULA V.

I.

Quam in Syriam Caesar ex Ægypto venisset atque ab iis, qui Roma venerant ad eum, cognoscaret litterisque urbanis animadverteret multa Romæ male et inutiliter administrari neque ullam partem rei publicæ satis commode geri, quod et contentionibus¹⁾ tribuniciis perniciose seditiones orerentur, et indulgentia²⁾ tribunorum militum et eorum, qui legionibus præserant, multa contra morem consuetudinemque militarem fierent, quæ ad dissolvendam discipline severitatem pertinarent, quamquam omnia flagitare 10 adventum suum videbat, tamen preferendum existimavit, quas in provincias regionesque venisset, eas ita relinquere constitutas, ut domesticis dissensionibus liberarentur, jura legesque acciperent, externorum hostium metum deponerent. Haec in Syria, Cilicia, 15

Asia celeriter se confectarum sperabat, quod haec provinciae nullo bello premebantur; in Bithynia ac Ponto plus onoris videbat sibi impendere: non excessisse enim Ponto Pharnacem audiebat neque excessum putabat, quum secundo puglio vehementer esset inflatus, quod contra Domitium Calvinum fecerat. Commoratus fere in omnibus civitatibus, quae maiore sunt dignitate, præmia bene meritis et viritim et publice tribuit, de controversiis veteribus cognosuit ac statuit, reges, tyrannos, dynastas provinciae finitos, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem condicionibus impositis provinciae tuendæ ac defendendæ dimisit et sibi et populo Romano acciessimos. (*Auctor belli Alexandrinus.*)

¹⁾ „slap Eftergivenhed“.

II.

Hannibal nescio an¹⁾ mirabilior adversis quam secundis rebus fuerit, quippe qui, quum in hostium terra per annos tredecim tam procul ab domo varia fortuna bellum gereret exercitu non suo civili, sed mixto ex colluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia vestis, alia arma, alii ritus, alia sacra, alii propediessent, ita quodam uno vinculo copulaverit eos, ut nulla nec inter ipsos nec adversus ducem seditio extiterit, quum et pecunia semper in stipendum et commeatus in hostium agro deesseset, quorum inopia priore Punico bello multa infanda²⁾ inter duces militesque commissa fuerant. Post Hasdrubalis vero exercitum cum duce, in quibus spes omnis reposita in victoria fuerat, deletum cedendoque in angulum Bruttium cetera Italiam concessum³⁾ cui non videatur mirabile nullum motum in castris factam? Nam ad

cetera id quoque accesserat, ut ne aliendi quidem exercitus nisi ex Brattio agro spes esset, qui, ut⁴⁾ omnis coleretur, exiguis⁵⁾ tamen tanto aliendo exercitui erat; tum magnam partem juventutis abstractam a cultu agrorum bellum occupaverat et mos insanus genti per latrociniia militiam exerceendi; nec a Carthaginensibus quicquam mittebatur, de Hispania retinenda sollicitis, tanquam omnia prospera in Italia essent. (*Livius.*)

¹⁾ Mdv. 400 Ann. 1; L. II, 33, a. — ²⁾ *malitia infanda* comm. f. — „det var kommet til mangs gruelige Optrio“. — ³⁾ post . . . cetera It. concessum (Mdv. 878) — „efter at man havde mæsset ramme hele det øvrige Italien“. — ⁴⁾ „selv om“. — ⁵⁾ „altfor ringe“.

III.

Alexander Dareo ad Issum vinto in Phoenicen descendit et oppidum Byblon traditum recipit. Inde ad Sidona ventum est, urbem velutate famaque conditorum inclitam. Regnabat in ea Strato, Darsi opibus adjutus. Is quidem urbem statim dedidit; sed quia ditionem magis popularium quam sua sponte fecerat, regno visus indignus, Hephaestionique permisum, ut, quem eo fastigio¹⁾ e Sidoniis dignissimum arbitraretur, constitueret regem. Erant Hephaestionis hospites clari inter suos duo juvenes; qui, facta ipsis potestate regnandi, negaverunt, quemquam patris more in id fastigium recipi nisi regia stirpe ortum. Admiratus Hephaestion magnitudinem animi spernentis, quod alii per ignes ferrumque peterent²⁾, „Vos quidem macte virtute“ inquit, „estote, qui primi intellexistis, quanto majus esset regnum fastidire quam accipere; ceterum date³⁾ aliquem regem stirpis, qui meminerit a vobis acceptum habere se

regnum." Atque illi, quum multos imminentem tante spei⁴⁾ cernerent singulis amicorum Alexandri ob nimiam regni cupiditatem adulantes, statim neminem esse potiorem quam Abdalonymum quendam, longa quidem cognatione stirpi regis adnexum, sed ob inopiam suburbanum hortum exigua colentem stipe. Causa ei paupertatis, sicut plerisque probitas erat; inten-
tusque operi diurno strepitam armorum, qui totam Asiam concusserat, non exaudiebat. Subito deinde illi, de quibus ante dictum est, cum regis vestis insignibus hortum intrant, quem forte steriles herbas eligens Abdalonymus repurgabat. Tum rege eo salutato⁵⁾ alter ex iis: „Habitus" inquit „hic vestis, quem eernis in meis manibus; cum isto squalore⁶⁾ permutandus tibi est. Ablus corpus illuvie totisque sordibus squalidum; cape regis animum et in eam fortanam, qua dignus es, istam continentiam perfserit. Et quum in regali solio residebis⁷⁾ vita necisque omnium civium dominus, cave obliviscaris hujus victus, in quo accipis regnum, immo hercule propter quem." Somnio similis res Abdalonymo videbatur; interdam, satiane sani essent, qui tam proterve sibi illuderent, percontabatur. Sed ut cunctanti squalor ablatus est, et injecta vestis purpura auroque distincta, et fides a jurantibus facta, serio iam rex⁸⁾ iisdem comitantibus in regiam pervenit. Fama deinde, ut solet, strenue tota urbe discurrit; aliorum stadium⁹⁾, aliorum indignatio eminebat; divitissimas quaque humilitatem inopiamque ejus apud amicos Alexandri criminabatur. Admitti cum rex protinus jussit diuque contemplatos: „Corporis" inquit „habitus famae generis non repugnat; sed libet scire, inopiam qua patientia tuleris." Tum ille: „Utinam" inquit „eodem animo regnum pati possim! Haec manus

suffecere desiderio meo; nihil habenti nihil defuit.¹⁰⁾ Magnæ indolis specimen¹¹⁾ ex hoc sermone Abdalonymi Alexander cepit. Itaque non Stratonis modo regiam supellectilem attribui ei jussit, sed plerique etiam ex Persica præda; regionem quoque urbi adpositam dicioni ejus adjecit. (Curtius.)

¹⁾ „Dressstilling". — ²⁾ „træsede Dø og Sværd for at vinde". — ³⁾ „anvize, mevne". — ⁴⁾ spes = „Ting, som det var Udsigt til at opnæs". — ⁵⁾ Mdv. 879, Ann. 4. — ⁶⁾ „smalsig Arbejdsdragt"; om isto se Mdv. 428; L. II, 49. — ⁷⁾ Mdv. 284, Ann.; L. 145. — ⁸⁾ „fiske han sig omaider for Alver som Konge og . . .". — ⁹⁾ „Velvilde". — ¹⁰⁾ specimen cepit: „fundt et Bevis".

IV.

Quum bellum Græciæ indicaret¹⁾ Xerxes, animum tumentem oblitumque, quam cadius consideret, nemo non impulit. Alius ajebat non laturos Græcos nuntium belli et ad primam adventus famam terga versuros; aliis nihil esse dubii, quin illa mole²⁾ non vinci solum Græcia, sed obrui posset: magis verendum, ne vacuas desertasque urbes invenirent et, profngis hostibus, vastæ solitudines relinquarentur non habituris, ubi tantas vires excrcere³⁾ possent; alias vix illie rerum naturam sufficere, angusta esse classibus 10 maria, militi castra⁴⁾, explicandis equestribus copiis campestria, vix patere oculum⁵⁾ setis ad emitenda omni manu⁶⁾ tela. Quam in hunc modum multa undique jactarentur, que hominem nimia estimations sibi furarentur concitarent, Demaratus Lacedæmonius⁷⁾ solus dixit ipsum illam, qua sibi placeret, multitudinem, indigestam et gravem, melanoram esse ducenti; non enim vires habere, sed pondus; immodica numquam regi posse, nec diu durare, quidquid regi non posset. „In primo" inquit „statim monte Lacones 20

objecti dabunt sui¹⁾ experimentum. Tot ista gentium milia trecenti morabuntur; habebant in vestigio fixi et commissas sibi angustias armis tuebuntur, corporibus obstruent; tota illa Asia non movebit loco; tantus minus belli et paene totius generis humani irruentis impetum²⁾ paucissimi sistent. Scies te fugari posse, quum scieris posse retineri. Verum est, quod dicitur, majorem belli apparatum esse, quam qui³⁾ recipi ab iis regionibus possit, quas oppugnare con-
stituis⁴⁾; sed haec res contra nos est; ob hoc ipsum te Graecia vincet, quia non capit; uti tuto te non potes. Praeterea, quae una rebus salus est, occurtere ad⁵⁾ primos impetus et inclinatis rebus⁶⁾ opem ferre non poteris, nec fulcire ac firmare labantia; multo
ante vietus eris, quam vinci te sentias. Ceterum non est, quod⁷⁾ exercitum tuum ob hoc sustinere non putes posse, quia numerus ejus duci quoque ignotus est; nihil tam magnum est, quod perire non possit, cui nascitur in perniciem, ut⁸⁾ alia quiescant, ex ipsa magnitudine sua causa.⁹⁾ Acciderunt, que Demuratus praedixerat: divina atque humana impellentem¹⁰⁾ trecenti stare jasserunt, stratusque passim per totam Graeciam Perses intellexit, quantum ab exercita turba distaret. (Seneca.)

¹⁾ Maerk Impf. Kongj. — ²⁾ „vældige Hærmasseer“. — ³⁾ „bringe i Anvendelse“. — ⁴⁾ „Lejrpladsene“. — ⁵⁾ „Luftrummet“. — ⁶⁾ „med fuld Kraft“. — ⁷⁾ Han havde været Konge i Sparta, men var blevet afsat og havde da begivet sig til Perseerkongen. — ⁸⁾ sui = „hvad de er for Folk“. — ⁹⁾ „Stormstid“. — ¹⁰⁾ Mdv. 287 Ann.; L. 98. — ¹¹⁾ „stænger paa“. — ¹²⁾ occurtere ad = „mede paa Pletten for at afværge“. — ¹³⁾ incl. rebus = „det øj dem, der viger“. — ¹⁴⁾ Mdv. 327 Ann. 5; L. 186 NB. — ¹⁵⁾ „selv om“. — ¹⁶⁾ „vælte over Ende“.

VI.

Dum Alexander in Asia Darcum persequitur, Lacedæmonii Agide rege suo duce arma adversus Macedones moverant. Apud Megalopolin acie congressi cum Antipatro, Alexandri præfecto¹⁾, diu anticipati Marte pugnarunt. Inter omnes tunen Lacedæmonios rex eminebat non armorum modo et corporis specie, sed etiam magnitudine animi, quo uno vinci non potuit. Undique nunc comminus nunc eminus petebatur, diuque arma circumferens²⁾ alia tela clipeo excipiebat, corpore³⁾ alia vilabat, donec hasta femina perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantem. Ergo clipeo suo exceptum armigeri raptim in castra referebant, jactationem vulnerum haud facile tolerantem. Non tamen omisere Lacedæmonii pugnam et⁴⁾, ut priuum sibi quam hosti 15 aquiore locum capere potuerunt, densatis ordinibus effusa influentem in se aciem excepero. Non aliud discrimen valementius fuisse memoria proditum est. Dnarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant: Lacedæmonii vetera, Macedones 20 præsentia decora intuebantur; illi pro libertate, hi pro dominatione pugnabant; Lacedæmoniis dux, Macedonibus locus⁵⁾ docebat. Diei quoque unius tam multiplex casus⁶⁾ modo spem modo metum utriusque partis augebat, velut de industria inter fortissimos 25 viros certamen sequante fortuna. Tandem Laconum acies longovescere lubrica arma sudore vix sustinens, pedem deinde referre cupit et urgente hoste apertius fugere. Insequebatur dissipatos victor et emensus cursu omne spatium, quod acies Laconum obtinuerat, 30 ipsum Agin persequebatur. Ille, ut fugam suorum et proximos hostium conspexit, deponi se jussit;

expertusque membra, an impetum animi sequi possent?), postquam defloere sensit, poplitibus senectus exceptit³), 20 galeaque strenue sumpta clipeo protegens corpus hastam dexteram vibrabat, ultro vocans hostem, si quis jacenti spolia demere auderet. Nec quisquam fuit, qui sustineret communius congregari; procul missilibus adpetebatur, ea ipsa in hostem retoquens, 40 donec lancea nudo pectori infixa est; qua ex vulnere evulsa inclinata ac deficiens caput clipeo paulispercepit, dein linquente spiritu pariter ac sanguine moribundus in arma procubuit. Cecidere Lacedaemoniorum quinque milia et trecenti, ex Macedonibus haud amplius mille; ceterum vix quisquam nisi saevis revertit in castra. (*Curtius.*)

¹ „Statholder“ (i. Macedoniens). — ² „arma circumferens“ — „mens han tumelede sig hid og dit i Kampen“. — ³ „Legionsbevægelseer“. — ⁴ cf. — „men“. — ⁵ „en gunstig Stilling“. — ⁶ cases — „Kampens Vendlinger“. — ⁷ „lyde hans stærke Viljekraft“ — ⁸ se Lex. excipio, 8.

VII.

Paucis annis post C. Marii sextam consulatum tribunatum imiit M. Livius Drusus, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque quam fortuna usus¹). Qui quem 5 senatai priscum restituere cuperet deos et iudicium ab equitibus ad eum transferre ordinem, in iis ipsis, quae pro senatu moliebatur²), senatum habuit adversarium, non intelligentem, si qua de plebis commodis ab eo agerentur³), veluti inescandens⁴ illiciens 10 deque multitudinis causa fieri, ut minoribus perceptis majora senatui permetteret. Denique⁵ ea fortuna Drusi fuit, ut male facta collegarum ejus quam vel optime ab ipso cogitata senatus probaret magis, et

honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret, injurias, quo ab illis intendebantur, a quo animo recuperaret. Tum 15 conversus Drusi animus⁶), quando bens incepta male eodebant, ad dandam civitatem Italie; quod quum molitus revertisset e foro, immensa illa et incondita, que ena semper comitabatur, cinctus multitudine, in atrio domus sua cattello percussus, qui adfixus 20 lateri ejus relictus est, intra paucas horas decessit. Sed quam ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium miserantiumque frequentiam effudit vocem convenientissimam conscientiam⁷ suam: „Equandone“ inquit, „propinquai amicique, similem mei civem 25 habebit res publica!“ Hunc finem clarissimus juvenis virtus habuit; enjus morum minime omittatur argumentum. Quum edificaret⁸ domum in Palatio, promitteretque ei architectus ita se eam edificaturum, ut liber a conspectu hominum esset, „Tu vero“ inquit, 30 „si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut quidquid agam, ab omnibus perspici possit.“

(*Velleius Paterculus.*)

¹ „hvad Evner og Tænkemande i alle Huseconder var bedre end hans Lykke“. — ² se Th. f. K. 8. 71. — ³ in de ipsis, quae moliebatur — „netop ved de Planer, han segte at gennemfarer“. — ⁴ „stille Forslag“. — ⁵ „fun til at bide pan Krogen“. — ⁶ „overhovedet“. — ⁷ „Da kom D. pan andre Tanker, ... og bestemte sig til“. — ⁸ „Bevidsthed om sit eget Værd“. — ⁹ „Jod sig hygge“.

VIII.

Non erat Mario Sulpicioque Cinna temperator. Itaque quum ita civitas Italie data esset, ut in octo tribus contribuerentur novi eives, ne potentia eorum et multitudine¹ veterum civium dignitatem frangeret, plusquis possent recepti in beneficium² quam auctores 5 beneficii, Cinna in omnes tribus eos se distributurum

pollicitus est; quo nomine ingentem totius Italie frequentiam in urbem acciverat. E qua pulsus collegae Octavii optimatumque viribus quum in Campaniam 10 tendret, ex auctoritate senatus consulatus si abrogatus est, suffectusque in ejus locum L. Cornelius Merula, flamen Dialis. Tum Cinna, corruptis primo centurionibus ac tribunis, mox etiam spe largitionis militibus, ab eo exerceitu, qui circa Nolam erat, 15 receptus est. Is quum uniuersus in verba ejus jurasset, retinens insignia consulatus patriæ bellum intulit, fretus ingenti numero novorum civium, e quibus trecentas amplius cohortes consoriperat 20 sic triginta legionum instar impleverat. Opus erat partibus⁹) auctoritate, cujus augendas gratia C. Marium cum filio de exilio revocavit eosque, qui cum iis pulsi erant.

Cinna et Marins haud incuruentis utrumque¹⁰) certaminibus editis urbem occupaverunt; sed prior ingressus Cinna de recipiendo Mario legem tulit. Mox 25 C. Marius pestifero civibus suis redditu intravit moenia. Nihil illa victoria fuisse crudelius, nisi mox Sullana esset secuta; neque licentia gladiorum in mediiores¹¹) saevitum, sed excelsissimi quique atque eminentissimi 30 civitatis viri variis suppliciorum generibus affecti¹²).

In primis consul Octavius, vir lenissimi animi, jussu Cinnae interfectus est. Merula autem, qui se sub adventum Cinnae consulatu abdicaverat, incisis venis superfusoque altaribus sanguine, quos esse pro salute 35 rei publice flamen Dialis precatus erat deos, eos in execrationem Cinnae parlimusque ejus tum precatus optime de re publica meritum spiritum reddidit. M. Antonius, princeps civitatis atque eloquentissimus, gladiis militum, quos ipsos facundia sua moratus 40 erat, jussu Marii Cinnaque confossus est. Q. Catulus,

et aliarum virtutum et belli (Sambuci gloria¹³), quae illi cum Mario communis fuerat, celeberrimus, quum ad mortem conqueriretur, conclusit se loco¹⁴) nuper calce harenaque perpolito, illatoque igni, qui vim odoris excitaret¹⁵), simul exitiali hausto spiritu simul incluso¹⁶) suo mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiit. Omnia erant precipitia¹⁷) in re publica; nec tamen adhuc quisquam inveniebatur, qui bona civis Romani aut donare auderet aut potere sustineret¹⁸). Postea id quoque accessit, ut saevitum causam 50 avaritia præberet, et modus culpe¹⁹) ex pecuniae modo constitueretur, et, qui fuisse¹⁹) locuples, fieret etiam novens, sive quisque exitii merces foret²⁰), nec quicquam videretur turpe, quod esset quæstus.

Secundum deinde consulatam Cinna et septimum 55 Marius in priorum honorum dedecus iniit; cuius initio morbo oppressus decessit, vir in bello hostibus, in otio civibus infestissimus quietisque impatiensissimus. Dominante in Italia, Cinna major pars nobilitatis ad Sullam in Achiam ac deinde post in 60 Asiam perfugit. Sulla interim cum Mithridatis prefectis circa Athenas Boiotiamque et Macedoniam ita dimicavit, ut et Athenas recuperet et, plurimo circa multiplices Pirai portas munitiones labore explo²¹), amplius ducenta milia hostium interliceret nec minus 65 multa caperet. Transgressus deinde in Asiam parentem ad omnia suppliciumque Mithridatam invenit; quem multatum pecunia ac parte navium Asia omnibusque aliis provinciis, quas armis occupaverat, decedere coegit, paternis, id est Ponticis, finibus 70 esse contentum jussit, captivos recepit, in per fugas noxiisque animadvertisit. Tum compositis transmarinis rebus revectas in Italianam haud plura quam triginta armatorum milia adversum ducenta amplius

76 hostiam exposuit Brundusii. Vix quicquam in Sulla operibus claris duxerim, quam quod, quum per triennium Cinnam Marianæque partes Italiam obserderent, neque illaturum se bellum iis dissimulavit nec, quod erat in manibus, omisit, existinavitque ante 80 frangendum hostem quam nesciendum civem. Ante adventum Sulla Cinna seditione orta ab exercitu interemptus est; vir dignior, qui arbitrio victorum moreretur quam iracundia militum; de quo vere dici potest, nusum esse sum, quia nemo auderet bonus, 85 perfecisse, quae a nullo nisi fortissimo perfici possent, et fuisse in consultando temerarium, in exsequendo viram. (*Velleius Paterculus.*)

7 potestis eorum et multitudine — „Aen Indlydeelse, deres Mungde gav dem“. — 7) recepti in benef. — „do, hvem man havde skunket denne Gunstbevisning“. — 7) „hans Parti“. — 7 spaa begge da kumpendo Partens Side“. — 7) „Bmnafolk“. — 7) „maatte misté Livet paa forskellig Maade“. — 7) præsceps elegansse — „den ypperste Taler“. — 7) olskrift virt. gloria — „sino andre harlige Egenkaber“. — 7) „Varrelse“. — 7) vim odoris evitare — „forstørke Uddomstningerne“. — 7) se Lex. incluso, 4. — 7) „stod paa Undergangens Rand“. — 7 saaledes som senere under Sullas Præskriptioner. — 7 modus culpe — „Størrelsen af Folks Skyld“. — 7) Vi bruger Datid; se Mdv. 223, n. Ann.; L. II, 82 c. — 7) mereces foret — „maatte betale“. — 7) „deje“.

IX.

Alexander devictis Scythis Marscanda reversus rebelles Sogdianos²⁾ omni clade ultus est. Ex captivis Sogdianorum ad regem triginta nobilissimi, corporum robore eximio, perduti erant; qui ut per 5 interpretam cognoverunt jussu regis ipsos ad supplicium tradi, carmen lastantium modo canere tripliisque et laseivibri corporis motu gaudium quoddam animi ostentare cooperant. Admiratus eos rex fanta

magnitudine animi oppetere mortem revocari jussit, causam tam effusa letitiae, quam supplicium ante 10 oculos haberent, requirens. Illi, si ab alio occiderentur, tristes morituros fuisse respondent; nunc a tanto rege, victore omnium gentium, majoribus suis redditio honestam mortem, quam fortis viri voto quoque expeterent, carminibus sui moris letitiaeque it celebrare. Tum rex: „Quero“ inquis, „an vivere velitia non inimici mihi, cuius beneficio victori estis.“ Illi numquam se inimicos ei, sed bello incessitos hostes fuisse respondent; si quis ipsos beneficio quam injuria experiri malueret, certatos fuisse, ne 20 vinecentur officio. Interrogantique, quo pignore fidem obligatari essent, vitam, quam acciperent, pugnori futuram esse dixerunt; redditos, quandoque repetisset. Nec promissum refellerunt; nam qui remissi domos erant, in fide continuare populares; 25 quattuor inter custodes corporis retenti nulli Macedonum in regem caritate ecserunt. (*Ortelius.*)

7) Se Part. II, v. Ann. I og IV, n. Ann. I; Skytherne havde begyndt Krig, fordi de ansaa sig for traede ved den By Alexandria (nu Chodshead), som A. havde anlagt paa Grænzen af deres Land.

X.

Philippos, Macedonum rex, habebat militem manus fortis, ejus in multis expeditionibus utilem expertus operam subinde ex preda aliquid illi virtutis causa donaverat et hominem venalis animis³⁾ orebris auctoramentis accenderat. Illic naufragus in possessiones cujusdam Macedonis expulsus est; cui ut nuntiatum est, accueirrit, spiritum ejus recollegit⁴⁾, in villam illum suum transtulit, lectulo suo cessit, adfectum semianimumque recreavit, diebus triginta sua impensa

10 curavit, refecit, vialico instruxit subinde dicentem:
 „Gratiam tibi referam, videre tantum¹⁾ mihi imperato-
 rem meum contingut.²⁾ Miles postea reversus narra-
 vit Philippo naufragium suum, auxilium tacuit, et
 protinus petiit, ut sibi eujusdam prædia donaret. Ille
 15 quidam³⁾ erat hospes ejus, is ipse, a quo receptus
 erat, a quo sanatus. Multa interim⁴⁾ reges, in bello
 præsertim, opertis oculis donant: Philippus illum
 induci in bona, quæ petebat, jussit. Expulsus bonis
 suis ille non injuriam tacitus tulit, contentus, quod
 20 non et ipse donatus esset, sed Philippo epistulam
 strictam ac liberam scripsit; qui ea accepta ita
 exarsit, ut statim Pausaniz mandaret, bona priori
 domino restitueret, ceterum improbissimo militi, in-
 grutissimo hospiti, avidissimo naufrago stigma⁵⁾ in-
 25 scriberet ingratum hominem testantia. Dignus is
 quidem fuit, cui non inscriberentur illæ litteræ, sed
 insenperentur, qui hospitem suum nudum et nau-
 frago similem in id, in quo jacuerat ipse, litus ex-
 pulerat. (Seneca.)

¹⁾ „som bed sit Liv tilfale“ (som Lejessoldat). — ²⁾ „halte ham tilbage til Livet“. — ³⁾ — quomodo videre. — ⁴⁾ se Lex. Interim, 3.

XI.

Hæ sapiens se contentus est, non ut velit esse
 sine amico, sed ut possit; et hoc, quod dico possit,
 tule est: amissum sequo animo fert. Sine amico qui-
 dem numquam erit; in sua potestate habet, quam
 5 cito reparat: Quomodo, si perdidit Phidias statuam,
 protinus alteram faciet, sic hic faciendarum amiciti-
 arum artifex substituet alium in locum amissi. Queris,
 quomodo amicum cito facturus sit. Hecatonis¹⁾ verbis
 dicam; ait: „Ego tibi monstrabo amatorium sine

medicamento, sine herba, sine ullius beneficie car-
 mine; si vis amari, ama.“ Habet autem non tantum
 usus amicitiae veteris et certæ magnam voluptatem,
 sed etiam initium et comparatio nova. Quod interest
 inter metentem agricolam et serentem, hoc inter eum,
 qui amicum paravit, et qui parat. Attalus²⁾ philo-
 sophus dicens solebat, jucundius³⁾ esse amicam facere
 quam habere, quomodo artifici jucundius pingere est
 quam pinxisse. Illa in opere suo occupata sollici-
 tudo⁴⁾ ingens oblectamentum habet in ipsa occu-
 patione. Non seque delectatur, qui ab opere perfecto
 removit manu: jam fructu artis sue fruitur; ipsa
 fruatur arte, quam pingeret. Fructuosior est⁵⁾ adulescentia liberorum, sed infantia dulcior. Nunc
 ad propositum revertamur. Sapiens etiam contentus
 est se, tamen habere amicum vult, si ob nihil aliud,
 ut exercet amicitiam, ne tam magna virtus jaceat:
 non ad hoc, quod dicebat Epicurus, ut habeat, qui
 sibi ægro adsidat, succurrat in vincula conjecto vel
 inopi, sed ut habeat aliquem, cui ipse ægro adsidat,
 quem ipse circumventum hostili custodia liberet. 90
 (Seneca.)

¹⁾ se Part. IV, x, Ann. 2. — ²⁾ en Steiker i Rom på Tiberius's Tid. — ³⁾ „en øste Fornøjelse“. — ⁴⁾ „den Spænding, man er i under sin System med . . .“ — ⁵⁾ „bringer os mere Nytte“.

XII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Quomodo hoc ad me pervenerit, queris, quis
 mihi id te cogilare narraverit, quod tu nulli nar-
 veras: Is, qui scit plurimum, rumor. „Quid ergo?“
 inquis; „tantas sum, ut possim excitare rumorem?“
 Non est, quod¹⁾ te ad hunc locum²⁾ respiciens metiaris; 6

ad istum respice, in quo moraris³⁾). Quidquid inter
vicinia eminet, magnum est illie, ubi eminet; nam
magnitudo habet modum incertum: comparatio illam
aut tollit aut deprimit. Navis, que in flumine magna
est, in mari parvula est; gubernaculum, quod alteri
navi magnum est, alteri exiguum est. Tu nunc in
provincia, licet contemnas ipse te, magnus es; quid
ague, quemadmodum cenes, quemadmodum dormias,
quoniam turritur, scitur; eo tibi diligentius vivendum est.
15 Tunc autem felicem esse te judica, quum poteris in
publico⁴⁾ vivere, quum te parietes tui tegent, non
abscondent; quos plerumque circumdatos nobis judi-
camus, non ut tutius vivamus, sed ut pessimum oc-
culius. Rem dicam, ex qua mores vestimenta nostros;
20 vix quemquam invenies, qui possit aperto ostio vivere.
Janitores conscientia⁵⁾ nostra, non superbia opposuit;
sic vivimus, ni deprehendi⁶⁾ sit subito aspici. Quid
autem prodest recondere se et oculos hominam aures-
que vilare? Hons conscientia turbam advocat, mala
25 etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si
honesta sunt, que facias, omnes sciunt; si turpia, quid
refert neminem scire, quum tu scias? O te misorum,
si conlēmis hunc testem! Vale. (Seneca.)

³⁾ non est, quod (med Konj.) — „Ja, da skal ikke . . .“
se V, iv, 14. — ⁴⁾ det store Rom, hvorfra Seneca skriver. —
⁵⁾ Provinzen Sicilien, hvor Lucilius havde en kejserlig Bestill-
ing. — ⁶⁾ „for alles Øjne“. — ⁷⁾ sc. mala. — ⁸⁾ sc. in aliquo
pacendo.

XIII.

Seneca Locilio suo salutem.

Sic est, non multo sententiam: fuge multitudinem,
fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo⁹⁾, cum
quo te communicatum velim. Et vide, quod judicium
meum hubens¹⁰⁾: audeo te tibi credere. Crates¹¹⁾, ut

ajant, quum vidisset adolescentulum secreto ambu-
lantem, interrogavit, quid illic solus faceret. „Meum¹²⁾
inquit „loquor.“ Cui Crates: „Cave¹³⁾“ inquit, „rogo,
et diligenter attende; cum homine male loqueris.“
Lugentem amentemque custodire solemus, ne solitu-
dine male utalar; nemo est ex imprudentibus¹⁴⁾, qui 10
relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant;
tunc aut alii aut ipsis futura pericula strunt;
tunc cupiditates improbas ordinant¹⁵⁾; tunc, quidquid
aut metu aut pudore celabat, animus exponit¹⁶⁾; tunc
audaciam acutit, libidinem irritat, iracundiam instigat; 15
denique, quod unum solitudo habet commodum, nihil
ulli committere, non timere indicem, perit stultus:
ipsi se prodit. Vide itaque, mi Lucili, quid de te
sporem, immo quid spondesam mihi (spes enim incerti
boni nomen est): non invenio, cum quo te malum 20
esse quam tecum. Repcio memoria, quam magno
animo quedam verba projeceris, quanti roboris plena;
gratulatus sum protinus mihi et dixi: „Non a sum-
mis labris ista venerunt, habent haec voce fundamentum;
iste homo non est unus a populo; ad salutem 25
spectat¹⁷⁾.“ Sic loquere, sic vove¹⁸⁾; vide ne te illa res
deprimat. Votorum tuorum veterum licet dis gratiam
facias¹⁹⁾; alia de integro suscipe: roga bonam mentem,
bonam valetudinem animi, deinde tunc corporis.
Quidni tu ista vota sope facias? Andacter deum 30
roga; nihil illum de alieno²⁰⁾ rogaturus es.

Sed ut more meo cum aliquo minuscule epistalam
mittam, verum est, quod apud Athenodorum²¹⁾ inveni:
„Tunc²²⁾ scito esse te omnibus cupiditatibus solutum,
quum eo perveneris, ni nihil deum roges, nisi quod 35
rogare possis palam.“ Nunc enim quanta dementia
est hominum! Turpissima vota dis insursum; si quis
admovevit aurem, conticescent et, quod seire hominem

nolunt, deo narrant. Vide ergo, ne¹⁸) hoc præcipi
salabriter possit: „Sic vive cum hominibus, tamquam
dens videat; sic loquere cum deo, tamquam homines
audiant.“ Vale. (*Seneca.*)

¹) „kender, ved“. — ²) „hvør gode Tanker jeg har om
dig“. — ³) en kynisk Filosof. — ⁴) – stoltis, i stoisk Forstand.
— ⁵) „planlægger Vejen for“. — ⁶) „lader komme for Dagen“. —
— ⁷) „stævner hen mod“. — ⁸) „sandan skal disse Ønsker
(Bønner til Guderne) være“. — ⁹) „eftersigive (frifrage dem for
at opfyldel“. — ¹⁰) „som man tages fra en anden“. — ¹¹) en
stoisk Filosof paa Augustas Tid. — ¹²) = *tunc denuo*. —
¹³) se ovfr. II, m. 4.

XV.

Cum Epaminonda vires quoque rei publicæ Thebanorum occiderunt. Nam sicuti, telo si primam aciem
præfregeris, reliquo ferro vim nonendi sustuleris, sic
illo ablatio duce Thebanorum rei quoque publicæ
5 vires hebetatae sunt, ut non tam illum amississe quam
cum illo interisse omnes viderentur. Nam neque hunc
ante¹) ducem ullam memorabile bellum gessere, nec
postea virtutibus sed cladibus insignes fuere²), ut mani-
festam sit patris gloriam et natam et extinctam
10 cum eo fuisse. Fuit autem insertum, vir melior an-
dux esset. Nam et imperium³) semper non sibi sed
patris quiescivit, et pecunia adeo parvus⁴) fuit, ut
sumptus funeri defuerit⁵). Gloriam quoque non cupidior
quam pecunia; quippe recusanti omnia imperia in-
15 gesta sunt, honoresque ita gessit, ut ornamentum
non accipere sed dare ipsi dignitati⁶) videretur. Jam
litterarum studium, jam philosophia doctrina tanta,
ut mirabile videretur, unde tam insignis militis
scientia homini inter litteras nato. Nequa ab hoc
20 vilæ proposito⁷) mortis ratio dissensit; nam ut relatus
in castra semianimis vocem spiritumque collegit⁸), id

unum a circumstantibus requisivit, num cadenti sibi
scutum ademisset hostis; quod ut servatum audivit
adlatumque veluti laborum gloriæque socium oscu-
latus est, iterum quassivit, utri viciissent; ut audivit, 25
Thebanos, bone habere se rem dixit atque ita velut
gratulabundus patrio exspiravit. (*Justinus.*)

¹) = „for da sk“). — ²) „har gjort sig bemærkede“. —
³) „Forerstillingen“. — ⁴) „ligegyldig for“. — ⁵) *ansættes definit*
= „has ejedt ikke engang saa meget, at“. — ⁶) „Embedet“. —
⁷) „Livsførelse“. — ⁸) „etter kom til Mæle og Bevidshed.“

XVI.

Dareus ultimo prolio ab Alexandro victus media
fere nocte Arbela pervenerat, eodemque magnæ par-
tis amicorum ejus ac militum fugam fortuna compulerat. Quibus convocatis exponit haud dubitare se, 5
quon Alexander celeberrimas urbes agrosque omni copia rerum abundantes petiturus esset; prædam
opimam paratamque¹) ipsum et milites ejus spectare. Id suis rebus tali in statu saluti fore; quippe se de-
serta cum expedita manu petiturum. Ultima regni
sui adhuc intacta esse; inde bello vires²) haud iugre 10
reparaturum. Occuparet³) sane gazam avidissima
gens et ex longa fame satiaret se auro, mox futura⁴)
præde sibi: usu didicisse se pretiosam suppellectilem
paclicesque et spadonum agmina nihil aliud fuisse
quam onera et impedimenta; eadem trahentem Alex- 15
andrum, quibus rebus antea viciasset, his ipsis in-
feriorum foro. Plena omnibus desperationis vide-
batur oratio, quippe Babylona urbem opulentissimam
didi cernentibus; jam Susu, jam cetera ornamenta
regni, cruxam belli, victoram occupaturum. At ille 20
docere pergit non speciosa visu, sed usu necessaria
in rebus adversis sequenda esse; ferro geri bella,

non anno, viris, non urbium tectis; omnia sequi⁵⁾ armatos; sic maiores suos perculosos⁶⁾ in principio rerum coloriter pristinam reparasse fortunam. Igitur sive confirmatis corum animis sive imperium magis quam consilium sequentibus Mediam finis ingressus est. (*Curtius*.)

⁵⁾ *parat* = „let tilgengeligt“. — ⁶⁾ „Stridskæster“. — „Mdr. 808; L. 188. — ⁷⁾ „det skulle dog snart blive“. — ⁸⁾ „tilfælde, komme til at tilhøre“. — ⁹⁾ „have Uheld med sig“.

XVII.

Xerxes, rex Persarum, terror antea gentium, bello in Graecia infelicitate gesto etiam suis contemptui esse coepit. Igitur Artabanus, prefectus¹⁾ ejus, deficiente quotidie regis maiestate in spem regni adductus cum septem robustissimis filiis regiam vespere ingreditur (nam amicitiae jure² semper illi patebat), trucidatoque rege voto suo obstantes filios ejus dolo adgreditur. Secundus³⁾ de Artaxerxe, puero admodum, fingit regem a Dareo, qui erat adulescens, quo maturius regno 10 potiretur, occidit; impellit Artaxerxes parricidium parricidio vindicare. Quam ventum ad domum Darei esset, dormiens inventus, quasi⁴⁾ somnum fingeret, interficitur. Dein quum unum ex regis filiis sceleri suo superesse Artabanus videret metuereque de regno 15 certamina principum, adsumit in societatem consilii Bagabaxum; qui praesenti statu contentus rem prodit Artaxerxi: ut pater ejus occidit sit, ut frater falsa parricidii suspicione oppressus, ut denique ipsi parentur insidiae. His cognitis Artaxerxes, verus Artabani numerum filiorum, in posterum diem paratum esse armatum exercitum jubet: recognitum se et numerum militum et in armis industriam singulorum. Itaque quum inter ceteros et ipse Artabanus armatus

adisteret, rex simulat se breviorem loriam habere; jubet Artabanum secum commutare; exuentem se ac nudatum gladio traicit; tum et filios ejus coripi jubet. Atque ita egregius adulescens et eadem patria et necem fratris et se ab insidiis Artabani vindicavit. (*Justinus*.)

¹⁾ Aufrezen for hans Livvagt. — ²⁾ „Medtvar“. — ³⁾ „Da han følte sig mere tryg“. — ⁴⁾ *quasi* = „idet man sagde, at“.

XVIII.

C. Plinius Sparso suo S.

Machinen ajunt petentibus Rhodiis legisse orationem suam, deinde Demosthenis¹⁾, summis utramque clamoribus. Quod tantorum virorum scriptis contingere non miror, quum orationem meam proxime doctissimi homines hoc studio, hoc adsenso, hoc etiam labore per fidum audierint, quamvis intentionem eorum nulla collatio, nullum quasi certamen accederet. Nam Rhodii quum ipsis orationum virtutibus tum etiam comparationis aculeis excitabantur²⁾; nostra oratio sine simulatione gratia probabatur. An merito, scies³⁾, quum legeris librum, cuius amplitudo non sinit me longiore epistola praeponi. Oportet enim nos in hac certe, in qua possumus, breves esse, quo sit excusatius, quod librum ipsum, non tamen ultra causae amplitudinem⁴⁾, extendimus. Vale. 15

¹⁾ Der meeste de berømte Taler „om Kraenen“, se Part. I, viii. — ²⁾ „deres Innoressa blev negget“. — ³⁾ = iudicabis. — ⁴⁾ „hængere end Sagens Betydning kærevede“.

XIX.

C. Plinius Gemino suo S.

Nostine hos, qui omnia libidinum servi sic aliorum vitiis irascuntur, quasi invideant, et gravissime:

paninat, quos maxime imitantur; quum eos etiam, qui non indigent clementia ullius, nihil magis quam lenitas deceat? Atque ego optimum et emendatissimum existimo, qui aeternis ita ignoscat, tamquam ipse quotidie peccet, ita peccatis abstineat, tamquam nemini ignoscat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vita genere teneamus, ut nobis implacabiles simus, exorabiles istis etiam, qui dare veniam nisi sibi nesciunt; mandemusque memorie, quod vir mitissimus et ob hoc quoque maximus, Thracea, orebro dicere solebat: „Qui vitia odit, homines odit.“ Quæreris fortasse, quo commotus haec scribam. Nuper quidam — sed melius coram; quamquam ne tunc quidam. Vereor enim, no id, quod improbo, consecrari, carpare, referre denique huic, quod quum maxime praecepimus, repugnat. Vale.

XX.

Reperio apud scriptores mortuo Germanico Adgandestri principis Chattorum lectas in senatu litteras, quibus mortem Arminii promittebat, si patrande neci venenum mitteretur, responsumque esse: non 5 fraude neque occultis, sed palam et armatum populum Romanum hostes suos ulcisci. Qua gloria¹⁾ sequabat se Tiberius priscis imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum regem veterant prodiderantque. Ceterum Arminius abscedentibus Romanis et pulso Marobodo²⁾ regnum affectans libertatem popularium adversam habuit, petitusque armis quum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit: liberator haud dubie Germanus, et qui non primordia populi Romani, sicut ali reges ducesque, sed florentissimum imperium la- 15 cessierit, prolis ambiguus³⁾, bello non vetus. Septem

et triginta annos vites, duodecim potentiss explavit, caniturque adhuc barbaras apud gentes, Graecorum annalibus ignotas, qui sua lantum miratur, Romanis haud perinde⁴⁾ celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosia. (*Tacitus.*)

20

¹⁾ gloria = „ærefulde Svar“. ²⁾ en nægig Kengs over en germanisk Stemme, Sueberne; Arminius havde forjægt ham, men han måtte flygte til Rømerne. ³⁾ — varia fortuna sezes. ⁴⁾ „synderlig“.

PARTICULA VI.

I.

Si beneficia in rébus, quæ dantur, non in ipsa bene faciendi voluntate consistenter, eo majora essent, quo majora sunt, quæ accipimus. Id autem falsum est; nonnumquam enim magis nos obligat, qui dedit parva magnifice, qui regum sequavit opes animo¹⁾, 5 qui exiguum tribuit, sed libenter, qui paupertatis suo oblitus est, dum meam respicit, qui non voluntatem tantum iuvandi habuit, sed cupiditatem, qui accipere se putavit beneficium, quum daret, qui dedit tamquam non recepturus²⁾, recepit tamquam non 10 dedisset, qui occasionem, qua professet, et occupavit et quassivit. Contra ingrata sunt, licet re³⁾ ac specie magna videantur, quæ danti aut extorquentur aut excidunt⁴⁾, multoqne gratius venit, quod faciliter, quam quod plena manu datur. Exiguum est, quod ille in 15 me contulit, sed amplius non potuit; at hic quod dedit, magnum est, sed dubilavit, sed distulit, sed, quum daret, gemuit, sed superbe dedit, sed circum-

talit²⁾) et placere non ei, cui prestatbat, voluit; ambitioni dedit, non mihi. Socrati quum multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent, Æschines pauper auditor: „Nihil³⁾ inquit „dignum te, quod dare tibi possim, invenio, et hoc uno modo pauperem esse me sentio. Itaque dono tibi, quod unum habeo, me ipsum. Hoc manus, rogo, qualemque est, boni consulas⁴⁾ cogitesque alios, quum multum tibi darent, plus sibi reliquise.“ Cui Socrates: „Quidni tu⁵⁾ inquit „magnum munus mibi dederis, nisi forte te parvo aestimas? Habebo itaque curae, ut te meliorem tibi reddam quam accepi.“ Vicit Æschines hoc munere Alcibiadis parem divitiis animum et omnem juvenum opulentorum munificentiam. (Seneca.)

¹⁾ Efter Vergils Georg. IV, 132, men med en noget forskellig Mening. — „som ved sin Tankekennede har opvejet Kongens Rigdomme“. — ²⁾ „som om han aldrig ventede Gangguld“. — ³⁾ *rej* se magna sint, som man udtager af det fæld. m. videantur. — ⁴⁾ „tilfældigt glæder til af hans Haand“. — ⁵⁾ „har prælet dermed for andre“. — ⁶⁾ se Lex. consulo 1, 4.

II.

Seneca Lucilio suo salutem.

De Marcellino nostro queris et vis scire, quid agat. Raro ad nos venit, non ulla alia ex causa, quam quod audire verum timet; a quo periculo jam¹⁾ abest: nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene nec minus de aliis Cynicis, qui libertate²⁾ promiscua usi sunt et obvios monuerint³⁾, dubitari solet, an⁴⁾ hoc facero debuerint. Quid enim, si quis sardos objurget aut natura morbove mutos? — „Quare⁵⁾ inquis „verbis patcam? gratuita sunt⁶⁾. Non possum 10 scire, an ei profuturus sim, quem admoneo; illud scio, alicui me profuturam, si multos admonuero.

Spargenda⁷⁾ manus est; non potest fieri, ut non⁸⁾ aliquando sucedat multa temptantia. — Hoc, mi Lucili, non existimo magno viro faciendum; diluitur ejus auctoritas nec apud eos habet satis ponderis, 15 quos posset minus obsolefacta⁹⁾ corriger. Sagittarius non aliquando ferire debet, sed aliquando deerrare. Non est ars, quas ad effectum casu venit¹⁰⁾. Sapientia ars est: certum petat; eligat prospecturos¹¹⁾, ab iis, quos desperavit, recedat; non tamen cito 20 relinquat; et in ipsa desperatione extrema remedia temptet. Et Marcellinum nostrum ego nondum despero; etiam nunc servari potest, sed si cito illi manus porrigitur. Est quidein periculum, ne porrigentem trahat; magna in illo ingenii vis est, sed 25 jam tendentis in pravum; nihil minus ulibo hoc periculum et audebo illi mala sua ostendere. Faciet, quod solet: advocabit¹²⁾ illas facetias, quae risum evocare lugentibus possunt, et in se primam, deinde in nos jocabilis; omnia, que dictarunt sum, occupabit; scrutabitur scholas nostras et obiecit philosophis aliis alia vitia. Constitui tamen contumelias perpeti; moveat ille mihi risum, ego fortasse illi lacrimas movebo, aut, si ridere perseverabit, gaudebo tamquam in male sanis, quod illi genus insanis hilare contingerit. Propositum est adgredi illum et ostendere, quanto pluris fuerit, quum multis minoris videretur. Vitia ejus, etiamsi non excidero, inhibebo; non desinent, sed intermittent¹³⁾; fortasse autem et desinent, si intermittendi conavetudinem fecerint. Non 40 est hoc ipsum fastidiendum, quoniam quidem graviter affectis sanitatis loco est¹⁴⁾ bona remissio¹⁵⁾.

(Seneca.)

¹⁾ „forlengeset“. — ²⁾ „Frisprog“. — ³⁾ wholde Prækemer for². — ⁴⁾ her — num. — ⁵⁾ „de koste je ingen Penge“. —

¹⁾ se Lex. *spergo*, 1, c. — ²⁾ non p. f. ut non = „det er umuligt, andet end at³⁾. — ³⁾ = si minus obsoletaria („forslids ved Brugen“) esset. — ⁴⁾ ad eff. venit = „naar sit Maal“. — ⁵⁾ „Dem, der vil kunne gøre Fremskridt“ (hen imod det siedelige Ideal; *sapientia*). — ⁶⁾ „ty til“. — ⁷⁾ se Lex. *infermito*, II. — ⁸⁾ *san. loco est* = „betyder næsten det samme som Hælbrodeise“. — ⁹⁾ se. morbi.

IV.

C. Plinius Numio Maximo suo 3.

Nuntiatum mihi est C. Fannium decessisse, qui nuntius me gravi dolore confudit, primum quod amavi hominem elegantem, discretum, deinde quod judicio ejus ut¹⁾ solebam. Erat enim acutus natura, usū exercitatus, ad veritatem promptissimus. Augit me super haec casus ipsius. Decessit veteri testamento; omisit, quos maxime diligebat, prosecutus est²⁾, quibus offensior erat. Sed hoc uteunque tolerabile; gravius illud, quod pulcherrimum opus imperfectum röliquit.
 5 Quamvis enim agendis causis distingeretur, scribēbat tamen exitus occisorum aut relegatorum a Nerone, et jam tres libros absolverat, subtiles et diligentles et Latinos³⁾ atque inter sermonem⁴⁾ historiamque medios; ac tanto magis reliquos perficere cupiebat,
 10 quanto frequentias hi lectitabantur. Mihi autem videtur acerba sexoper et immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti quasi in diem vivunt, vivendi causas quotidie finiant⁵⁾; qui vero posteros cogitant et memoriam sui operibus
 15 extendunt, his nulla mors non repentina est, ut que semper incertum aliquid abrumpet. Gajus quidem Fannius, quod accidit, multo ante præsensit. Visus est sibi per nocturnam quietem jacere in lectulo suo compositus in habitum studentis, habere ante se
 20 scrinum (ita solebat); mox imaginatus est venisse

Nerouem, in teneo resedisse, prompsisse primum libram, quem de sceleribus ejus ediderat, eumque ad extremum revolvisse, idem in secundo ac tertio fecisse, tunc abisse. Expavit et sic interpretatus est, tamquam⁶⁾ idem sibi futurus esset scribendi so finis, qui fuisset illi legendi; et fuit idem. Quod me recordantem miseratio subit, quantum vigiliarum, quantum laboris exhauserit frustra. Occurrat animo mea mortalitas, mea scripta; nec dubito te quoque eadem cogitatione terrori pro istis, que inter manus 35 habes. Proinde, dum suppetit vita, emitatur, ut mors quam paucissima, que abolerere possit, inveniat. Vale.

¹⁾ „ty til hans Kritik“. — ²⁾ se. *testamento*; se Lex. *prossecutor* 2, b. — ³⁾ „i et smukt Sprog“; — ⁴⁾ = *orationem*, den rhetoriske Stil. — ⁵⁾ *finitum* = „for dem ophører“. — ⁶⁾ se Part. VI, vnr. Ann. 3.

V.

Optumis moribus et maxima concordia agit res Romana inter secundum atque postremum bellum Carthaginense, cuiusque hujus boni non amor justitiae fuit, sed stante Carthagine metus infidæ¹⁾ pacis; at discordia et avaritia atque ambitio et cetera secundis rebus oriri sveta mala post Carthaginis excidium maxime sancta sunt. Nam injuria validiorum et ob eius discessio plebis a patribus aliisque dissensiones domi fuere jam inde a principio, neque regibus²⁾ exactis amplius, quam dum metus a Tarquinio et bellum 10 grave cum Etruria³⁾ possum est, equo et modesto iure⁴⁾ agitatum; deinde servili imperio patres plebem exercere⁵⁾; de vita atque tergo regio more consulere⁶⁾, agro pellers et, ceteris expertibus, soli in imperio agere. Quibus saevitiis et maxime frenore oppressa 15

plebis, quin adsiduis bellis tributam et militiam simul toleraret, armata montem sacram atque Aventinum insedit; tumque tribunos plebis et alia jura sibi paravit. Discordiarum et certaminis utrimque 20 finis fuit secundum bellum Punicum. At postquam remoto meta Punico simultates exercere vacuu¹⁾ fuit, plurimae turbæ, seditiones et ad postremum bella civilia orta sunt, dum pauci potentes, quorum in gratiam plerique concesserant²⁾, sub honesto patrum 25 aut plebia tuenda nomine dominaticus affectabant; bonique et mali cives appellati non ob merita³⁾ in rem publicam, omnibus pariter corrupti, sed locupletissimus quisque ei injuria validissimus, quia præsencia defendebat, pro bono ducebatur. Ex eo 30 tempore majorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo⁴⁾ precipitati; adeo juventus luxu atque avaritia corrupta, ut merito dicatur genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiares neque alios pati. (*Sallustius.*)

¹⁾ „som ikke var til at tide på“ — ²⁾ „Kongefamilien“. — ³⁾ d. v. s. med Kong Porsenna. — ⁴⁾ „Betstilstand“. — ⁵⁾ servili imp. pl. exercere — „berettede over pl. num over Slaver“. — ⁶⁾ considerare de = „handle med“. — ⁷⁾ se Lex. vacans, 3. — ⁸⁾ „under hvil Indlydelse Flertallet havde stillet sig“. — ⁹⁾ „Opfersel, Færd“. — ¹⁰⁾ „med en rivende Stroms Part“; se Lex. precipito 1, a.

VI.

Alexander Lycie Pamphyliisque rebus compatis ad urbem Celsianam exercitum admovit. Media illa tempestate monia interfluebat Marsyas annis, fabulosis Grecorum carminibus inclitus. Fons ejus ex summo montis cacumine excurrens in subjectam petram magno strepitu aquarum cadit; inde diffusus¹⁾

circumjectos rigat campos, liquidus et suas dumtaxat undas trahens. Itaque color ejus placido mari similis locum poetarum mendacio fecit; quippe traditum est Nymphas, amore amnis retentas, in illa raga considera. Ceterum quandom intra muros fuit, nomen suum retinet; at quem extra munimenta se evolvit, majore vi ac mole²⁾ agentem undas Lycom appellant. Alexander urbem quidem destitutam ab suis intrat, arcem vero, in quam confringant, oppugnare adortus 15 eductos premissit, qui denuntiaret, si disserent, ipsos ultima esse passuros. Illi caducatores in terram et situ et opere maltum editam perductum, quanta esset altitudo, intueri jubent ac nuntiare Alexandro, non eadem ipsum et incolas estimatione 20 munimenta metiri: se scire inexpugnabiles esse; ad ultimum³⁾ pro fide morituros. Ceterum ut circumssideri arcem et omnia sibi in dies artiora esse viderunt, sexaginta dierum induciss pasti, ut, nisi intra eos auxilium Dareus ipsis misisset, dedarentur, 25 postquam nihil inde praesidii mittebatur, ad præstitam diem permisere se regi. (*Cicerius.*)

¹⁾ „bredor den sig vidt ud og . . .“ — ²⁾ „Vandmass“. — ³⁾ „i yderste Nordsjæl“.

VII.

In libro Ciceronis, qui est de re publica, sic loquitur Scipio Africanus minor: „Catonis hoc sensis est¹⁾, quem, ut seitis, unice dilexi maximeque sum admiratus, cuique vel patris utriusque²⁾ judicio vel utrum meo studio me totum ab adolescentia dodidi; et cujus me numquam satiare potuit oratio: tantus erat in homine usus rei publicæ, quam et domi et militiæ quum optime tum etiam diutissime gesserat,

et modus³⁾ in dicendo et gravitate mixtus lepos. et
10 sumnum vel disnendi studium vel docendi et orationi
vita admodum congruens. Is dicere solebat ob hanc
causam praeslare nostrae civitatis statum⁴⁾ ceteris
civitatibus, quod in illis singuli fuissent fere, qui
suam quisque rem publicam constituisserent legibus
15 atque institutis suis⁵⁾, ut Cretum Minos, Lave-
dæmoniorum Lycurgus, Atheniensium, quæ persæpe
commutata esset, tum Theseus, tam Draco, tam Solo,
tam Clisthenes, tum multi alii, postremo doctus vir
Phalereus Demetrius, qui exsanguem jam et jacentem⁶⁾
20 sustentasset; nostra autem res publica non unius
esset ingenio, sed multorum, nec una hominis vita,
sed aliquot constituta seculis et sætibus. Nam
neque ullum ingenium tantum extitisse dicebat, ut,
quem res nulla fugeret, quisquam aliquando fuisse,
25 neque ouncta ingenia collata in unum tantum posse
uno tempore providere⁷⁾, ut omnia completerentur,
sine rerum usu ac vestimentate⁸⁾.⁹⁾

¹⁾ Catonis hoc est — „hvad jeg nu vil sige, har jeg fra
C.“ — ²⁾ L. Aemilius Paulus og P. Cato. Scipio, den ældre
Africansz's Søm. — ³⁾ „Bestindighed, Takt“. — ⁴⁾ „Perfarming“. —
⁵⁾ „som de selv havde fundet paa“. — ⁶⁾ „mat“. — ⁷⁾ „over-
skue“. — ⁸⁾ „men der nuæste komme Grekæ og Erfaring fra
lange Tider til“.

VIII.

Tiberius biennio continuo post adeptum imperium
pedem porte non extulit; sequenti tempore præter-
quam in propinqua oppida et, quum longissime, Antio-
tenus nusquam auit, idque perraro et paucos dies,
5 quamvis provincias quoque et exercitus revisurum se
sope pronuntiasset et prope quotannis profactionem
præpararet, vehemens comprehensis¹⁾, commeatibus²⁾
per municipia et colonias dispositis, ad extremum

vota pro ita et reditu suo suscipi passus. Sed orbatus
ulroque filio, quorum Germanicus in Syria, Drusus in
Romæ obierat, secundum Campania petiit, constanti
et opinione et sermone penè omnium, quasi³⁾ negne
rediturus nmpuan esset et cito mortem etiam ob-
ituras. Quod paulo minus⁴⁾ utrumque evenit; nam
neque Roman amplius rediit, et paucos post dies 15
juxta Tarracinam in prætorio⁵⁾, cui Speluncæ nomen
est, censante eo complura et ingentia saxa fortuito
superne delapsa sunt; multisque convivarum et mini-
strorum elisis ipse præster spem evasit. Peragrata
Campania, quum Capuz Capitolium, Nola templum 20
Augusti, quam causam profactionis prætenderat, dedi-
casset, Caprea se contulit, præcipue delectatus insula,
quod uno parvoque litore⁶⁾ adiretur, septa undique
præruptis immensa altitudinis rupibus et profundo
mari. Urbe agrediens, ne quis se interpellaret, edixerat, 25
ac toto itinere adeantes summovit. (Suetonius.)

¹⁾ se Lex. comprehendendo 2, c. g. — ²⁾ „Forspandsdyr til
at skifte med“. — ³⁾ quasi med Kong. — Akk. med Inf. —
⁴⁾ pauci minus — „der mangede ogsaa kuo lidt i, at“. —
⁵⁾ „en kejserlig Villa“. — ⁶⁾ „Landingeplads“ („Marina“).

IX.

Dinocrates architectus cogitationibus¹⁾ et sollertia
fretus, quum Alexander rerum potiretur, prefectus
est e Macedonia ad exercitum, regio cupidus com-
mendationis²⁾. Is e patria a propinquis et amicis
tulit ad primos ordines³⁾ et purpuratos litteras, aditus 5
ut haberet faciliores, ab eisque exceptus humane
petiit, ut quan primum ad Alexandrum perducesretur.
Quoni polliciti essent, tardiora fuerunt idoneum
tempus expectantes; itaque Dinocrates, ab his se
existimans iudi, ab se petiit presidium. Erat enim 10

amplissima statuta, facie grata, forme dignitate summa: his igitur naturae muneribus confusa vestimenta posuit in hospitio et oleo corpus perunxit. caputque coronavit populea fronde, levum tumerum 15 pelle leonina texit, dextraque clavam tenens incessit contra tribunal regis jus dicentis. Novitas⁴⁾ populum quam advertisset, conspexit eum Alexander; admirans ei jussit locum dari, ut accederet, interrogavitque, quis esset. At ille: „Dinocrates⁴⁾ inquit, „architectus 20 Maccido, qui ad te cogitationes et formas⁵⁾ adfero dignas tuæ claritatis; namque Athon montem formavi in statuæ virilis figuram, cuius manu lœvæ designavi⁶⁾ civitatis amplissimæ meenæ, dextræ paternæ, quæ exciperet omnium fluminum, quæ sunt 25 in eo monte, aquam, ut inde in mare profundaretur.“ Delectatus Alexander narratione formæ statim quasiit, si essent agri circa, qui possent frumento eam civitatem tueri. Quum iuvenisset, non posse hoc fieri nisi transmarinis subvectionibus, „Dinocrates⁴⁾ inquit, 30 „attendo egregiam esse formæ compositionem⁷⁾ et ea delector, sed intellego, si quis deduxerit eo loci coloniam, fore, ut judicium⁸⁾ ejus vitaperetur. Ut enim natus infans sine nutriciis lacte non potest ali neque ad vitæ crescentis gradus perduci, sic civitas 35 sine agris et eorum fructibus in monib[us] aduentibus non potest crescere nec sine abundantia cibi frequentiam habere. Itaque, quemadmodum formationem puto probandam, sic judico locum improbandum. Te vero volo esse mecum, quod tua opera 40 sum usurus.“ Ex eo Dinocrates ab rege non discessit et in Ægyptum est eum prosecutus. Ibi Alexander quam animadvertisset portum naturaliter tulam, emporium egregium, campos circa totam Ægyptum frumentarios, immanis fluminis Nili magnas utilitates,

jussit eum suo nomine civitatem Alexandriam constitucere. Ita Dinocrates a facie dignitateque corporis commendatus ad eam nobilitatem pervenit.

(Vitruvius.)

¹⁾ „gede Ideer“. — ²⁾ reg. comm. — ³⁾ ut vindo Alice og Gense hos Kongen“. — ⁴⁾ ordines = „Bængpersoner“. — ⁵⁾ „det overraskende Syn“. — ⁶⁾ „Planer“. — ⁷⁾ — destigneti: „har tankt at anbringe“. — ⁸⁾ „den Plan, du har lagt“. — ⁹⁾ „Valg“.

X.

De origine statuarum marmorearum mulierium stolatarum¹⁾, quo Caryatides dicuntur, huc tradit Vitruvius sub ipsum initium libri primi de architectura. Caryæ, civitas Peloponensis, cum Persis hostibus contra Graeciam consensit. Postea Graeci per victoriæ gloriose bello liberati communis consilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfactis, civitate dilacerata, matronas eorum in servitatem abduxerunt, nec sunt passi stolas neque ornatus matronales deponere, uti non uno triumpho 10 dicerentur, sed eterno scrutitatis exemplo, gravi contumelia pressæ, penas pandere viderentur pro civitate. Ideo, qui tunc architetti fuerunt, edificiis publicis designaverunt²⁾ earum imagines, oneri ferundo collocatas, ut etiam posteris nota pena peccati Caryatum memorie traderetur. Non minus³⁾ Lacones, Pausania Cleombroli filio duce Plataico prælio pauca manu infinitum numerum exercitus Persarum quam superavissent, aelo cum gloria triumpho spoliorum et praedæ, porticum Persicam ex manib[us], laudis et virtutis 20 civium indicem futuram⁴⁾ posteris, pro tropæo constituerunt, ibique captivorum similia harbariorum vestis ornata, superbia meritis contumelias puniæ⁵⁾, sustinentia lectum collocaverunt, ut et hostes horre-

25 scerent timore eorum fortitudinis affecti, et cives id exemplum virtutis aspicientes gloria aeream ad defendandam libertatum essent parati. Itaque ex eo multi statuas Persicas sustinentes epistylia¹⁾ et ornamenti eorum collocauerunt et ita ex eo argumento²⁾ varie-
30 tates egregias addiderant operibus.

¹⁾ „i fadnde Kjuler“. — ²⁾ = destinaverunt: „beate me illi Anvondelse ved“. — ³⁾ non minus = „ligeledes“, — ⁴⁾ indicem futuram = „som skulde forkynde“. — ⁵⁾ Mdv. § 392 Ann. — ⁶⁾ „Architraverne“. — ⁷⁾ „med Bonytelse af dette Sujet“.

XL

Aristippus, philosophus Socraticus, naufragio quum ejectus ad Rhodiensem litus animadvertisset geometrica schemata¹⁾ ibi in harena descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur: „Bene speramus; 5 hominum enim vestigia video“; statimque in oppidum Rhodum contendit et recta in gymnasium devanit, ibique de philosophia disputans munieribus est donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam eis, qui una fuerunt, et vestitam et cetara, que opus essent ad 10 vitam, prestaret. Quam autem ejus comites in patriam reverdi voluissent interrogarentque sum, quidnam vellet dominum renuntiari, tunc ita mandavit dicere: ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, que etiam e naufragio una possent 15 onusare. Namque ea vera presidia sunt vite, quibus neque fortunae tempestas iniqua neque publicarum rerum mutatio neque belli vastatio potest nocere. Non minus²⁾ eam sententiam augendo³⁾ Theophrastus, hortando doctos⁴⁾ potius esse quam pecuniam con- 20 fidentes, ita ponit⁵⁾: doctum ex omnibus solum neque in alienis locis peregrinum neque amissis familiaribus et necessariis inopem amicorum, sed in omni civitate

esse civem difficilesque fortunae sine timore posse despiciere casus; at qui non doctrinarum sed felicitatis praesidiis pulchre esse vallatum, labidis itineribus 25 vadentem instabili et infirma conflictari vita. Episcopus vero non dissimiliter sit pauca sapientibus fortunam tribuere, que autem maxima et necessaria sint, animi cogitationibus gubernari⁶⁾. (Vitruvius.)

¹⁾ „Figarer“. — ²⁾ non minus = „ligeledes“, — ³⁾ „idet han vidore udvikler“. — ⁴⁾ doctos esse = „at lægge sig efter Laerdøm“. — ⁵⁾ „opetiller den Panstrand“. — ⁶⁾ „beror på“.

XII

Mindyriden ajunt fuisse ex Sybaritarum civitate, qui, quum vidisset fodientem et altius rastrum adlevantem, lassum se fieri quiesceret illum opus in conspectu suo facere. Idem habere sa prauulas questus est, quod foliis rosae duplicatis incubuisse. Ubi animum simul et corpus voluptates corrapere, nihil tolerabile videtur, non quia dura, sed quia mollis patitur. Quid est enim, cur tussis alicuius aut stornutamentum aut musca parum curioso fugat¹⁾ in rabismo nos agat aut obversatis canis, aut clavis negligenter servi manibus 10 elaperat? Feret iste sequo animo civile²⁾ convicium et ingestis in contione curiae maledictis, cuius aures tracti subsellii stridor offendit³⁾? Perpetetur hic famem et vestivis expeditionis sitim, qai pueri male diluenti nivem⁴⁾ irascitur? Nulla itaque res magis iracundiam 15 alit quam luxuria intemperans et impatiens; dure tractandus⁵⁾ animus est, ut ictum non sentiat nisi gravem.

Irascimur autem iis, a quibus ne accipere quidem potimus injuriam, aut iis, a quibus accipere injuriam 20 potimus. Ex prioribus quedam sine sensu sunt, ut liber, quem minutioribus litteris scriptum semper proje-

cimus²) et mendosum laceravimus, ut vestimenta, quæ, quia displicebant, scidimus. His iraci quam
25 stultum est, quæ iram nostram nec meruerunt nec
sentient! „Sed offendunt nos videlicet, qui illa
fecerunt.“ Primum sapo ante, quam hoc apud nos
distingvamus, irascimur; deinde fortasse ipsi quoque
artifices excusationes justas adferent: alius non potuit
30 melius facere quam fecit, nec ad tuam contumeliam³)
param didicit; elius non in hoc⁴), ut te offenderet,
fecit. Ad ultimum, quid est dementius quam bilam
in homines collectam in res effundere? Atque ut
his iraci dementis est, quo anima carent, sic mutis
35 animalibus, quæ nullam injuriam nobis faciunt, quia
velle non possunt; non est enim injuria nisi a con-
silio profecta; nocere itaque nobis possunt ut ferrum
aut lapis, injuriam quidem facere non possunt. Atqui
contemni se quidam putant, ubi iidem equi obse-
40 quentes alteri equiti, alteri contumaces sunt, tam-
quam judicio, non consuetudine et arte tractandi
quædam quibusdam subiectiora sint. (Seneca.)

² Mfr. 329; I. II, 26. — ³) — civium. — ⁴) nemlig for
at blænde Sævaandet i Vincent afkale don. — ⁵) „stage med
haarde Hænder paa“. — ⁶) Vi bruger kellers Kridt. — ⁷) — ut
te contumelie adferret. — ⁸) in hoc — hoc consilio.

XIII.

Ex omnibus timendis maxime timentur ea, quæ
per vim potentioris eveniunt; magno enim tumultu
veniunt, quæ naturalia malu, inopia atque morbi,
silentio subeant. Demus itaque operam, ut absti-
5) uacuus offensis¹). Interdum populus est, quem
timere debeamus, interdum, si ea civitatis disciplina²)
est, ut plurima per senatum transigantur, gratiosi³) in
eo viri, interdum singuli, quibus potestas populi etiam

in populum data est. Hos omnes amicos habere
operosum est; satis est inimicos non habere. Itaque 10
sapiens numquam potentium iras provocabit, immo
declinabit, non aliter quam in navigando procallam.
Quoniam peteres Siciliam, mi Lusili, trajecisti fretum.
Temerarius gubernator ibi contemnit austri minas;
ille est enim, qui Siculum pelagus exasperat et in 15
verticis cogat; non sinistrum petit litus, sed id, a
quo propior Charybdis maris convolvit⁴). At ille
cautior peritos locorum regat, quis aestus⁵) sit, quæ
signa dent nubes; longe ab illa regione verticibus
infumi cursum tenet. Idem facit sapiens: nocturnam 20
potentiam vitat, hoc primum cavens, ne vitare videa-
tur. Pars enim securitatis et in hoc est, non ex
professo⁶) cam petere, quis, quæ quis fugit, damnat.
Circumspiciendum ergo nobis est, quomodo a vulgo-
tuli esse possit. Primum nihil idem concipi-
scamus: rixa est inter competitores. Deinde nihil
habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis
eripi possit; quam minimum sit in corpore tuo spoli-
orum. Nemo ad humanum sanguinem⁷) propter ipsum
venit aut admodum pauci; plures computant⁸) quam 30
oderunt; nudum⁹) letro transmittit, etiam in obsecra¹⁰)
via pauperi pax est. Tria deinde ex precepto veteri
vitanda sunt: odium, invidia, contemptus. Quomodo
hoc fiat, sapientia sola monstrabit. Difficile enim
temperamentum¹¹) est, verendumque, ne in con- 35
temptum nos invidiae timor transferat, ne, dum calcare
nolumus, videamur posse calcari. Multis timendi
attulit cansas timeri non posse. Undique¹²) nos
reducamus: non minus contemni quam suspici nocet.
Ad philosophiam ergo configendum est; ha littere, 40
non dieo¹³) apud honestos, sed apud mediocriter malos
insularum loco sunt. Nam forensis eloquentia et

quæcumque alia populum movet ars, adversarios habet; hec, quieta et sui negotii¹⁴⁾, contumni non potest, quia bonis artibus¹⁵⁾ eliam apud pessimos honor est. Numquam in tantum convalescat nequitia, numquam sic contra virtutes conjurabitur, ut non philosophias nomen venerabile et sacrum minuet.

(Seneca.)

¹⁴⁾ offensio = „at stede nogen for Hovedstædt“. — ¹⁵⁾ „Forfattning“. — ¹⁶⁾ „noddlydelsessrig“. — ¹⁷⁾ „drojer i en Hvirvelstrom“. — ¹⁸⁾ „Stremmens Retning“. — ¹⁹⁾ se Lex. profitor, Sl. — ²⁰⁾ sc. fundendum. — ²¹⁾ „handle af Beregning“. — ²²⁾ „som intet har med sig“. — ²³⁾ se. a latronibus. — ²⁴⁾ „at træffet det rette Maal“. — ²⁵⁾ „fra alt yderliggasendo“. — ²⁶⁾ — non mod. — ²⁷⁾ „som passer sig selv“. — ²⁸⁾ d. v. s. „Filosofiens Studium“.

XIV.

M. Brutus¹⁾ in eo libro, quem 'de virtute' compositus, ait se Marcellum²⁾ vidisse Mytilenæ exulantem et, quantum modo natura hominis patereatur, beatissime viventem neque umquam cupidorem bonarum artium³⁾ quam illo tempore. Itaque adicit, visum sibi se magis in exilium ire, qui sine illo redditurus esset, quam illum in exilio relinqu. O fortunatorem Marcellum eo tempore, quo exilium suum Bruto approbavit⁴⁾, quam quo rei publicæ consulatum! Quantus ille vir fuit, qui effecit, ut aliquis exul sibi videretur, quod ab exule recedere! quantus vir fuit, qui in admirationem sui adduxit hominem etiam Catoni suo mirandum! Idem Brutus ait C. Cæsarem Mytilenæ prætervectum, quia non sustineret videre deformatum⁵⁾ virum. Illi quidem redditum impetravit senatus publicis precibus, tam sollicitus ac mestus, ut omnes illo die Bruti habere animum viderentur et non pro Marcellio sed pro se deprecari, ne exules essent, si sine illo faissent; sed plus multo consequens est, quo

die illum exulm Brutus relinquere non potuit, Cæsar videre. Contigit enim illi testimonium⁶⁾ ntriusque: Brutus sine Marcelllo reverti se doluit, Cæsar erubuit. Num dubitas, quin se ille Marcellus tantus vir sic ad tolerandum æquo animo exilium sepe adhortatus sit: „Quod patria cares, non est miserum; ita te disciplinis imbuisti⁷⁾, ut sciens⁸⁾ omnem locum sapienti viro patriam esse. Quid porrò? hic, qui te expulit, non ipse per annos decem continuos patria caruit? propagandi sine dubio⁹⁾ imperii causa; sed nempe caruit.“ Bene ergo exilium talit Marcellus, nec quicquam in animo ejus mutavit loci mutatio.

(Seneca.)

¹⁾ Cæsars Morder, stoisk Filosof, Ven af Cato Uticensis. — ²⁾ M. Claudius Marcellus, Cæsars høje Fjende, var i sit Konsulat Aar 51 en af de mest unsets Fædre for det da hevskende Senatsparti, som for at forsvare Statens Frihed fremkaldte Borgerkrigen mod Cæsar. Siden gik han efter Pompejanernes Nederlag ved Pharsalus i Landflygtighed til Mytilenæ, hvor han syskede ivrigt med Glosiske Studier; Senatet udvirkede hans Hjemkomst 46. — ³⁾ se Part. VI, xxi, Ann. 15. — ⁴⁾ „hostede Amerikanske hos B. for“. — ⁵⁾ „i den beskummende Stilling“ (eum exul). — ⁶⁾ „et æresvidnesbyrd“. — ⁷⁾ „du har jo hørt saa meget ved disse Studier“. — ⁸⁾ Mdv. 338; L. II, 84 b. — ⁹⁾ „ganske vist“.

XV. ✓

Alexander execente hieme exhibernis movit exercitum, regionem, que Gazaba¹⁾ appellatur, aditurus. Primus dies quietum iter præbuit; proximus ei, nondum quidem procellosus, obscurior tamen pristino, non sine minis crescentis mali²⁾ præteriit. Tertio ab omni parte cœli emicare fulgura et, nunc intermitente luce nube condita, non oculos modo meantis exercitus, sed etiam animos terrere cooperunt. Erat prope continuus cœli fragor, et passim cadentium

10 fulminum species vischatur, attonitisque attribus slo-
pens agmen nec progrexi nec consistere audebat.
Tum repente imber grandinem innotiens torrentis
modo effunditur. Ac primo quidem armis suis tecti³⁾
excepserant⁴⁾, sed jam nec retinere arma lubrica fri-
15 gentes manus poterant nec ipsi destinare, in quam
regionem obverterent corpora, quam undique tempe-
statis violentia major, quam que vitabatur, occur-
reret. Ergo ordinibus solutis per totum sultum erra-
bundum agmen forebatur, multique, prius metu quam
20 labore deftigati, prostraverant humi corpora, quam-
quam imbrevis vis frigoris concreto gelu⁵⁾ adstrinxerat;
alii se stipitibus arborum admooverant: id plurimis
et adminiculum et suffugium erat. Nec fallebat ipsos
morti locum eligere, quam immobiles vitalis calor
25 linqueret; sed grata erat pigritia⁶⁾ corporum fatigatis,
nec recusabant exstingvi quiescendo. Quippe non
volvens modo, sed etiam pertinax vis mali insiste-
bat, lucemque, naturale solacium, non tempestas
modo haud dispar nocti sed silvarum quoque umbra
30 suppresserat. Rex unus tanti muli patiens circumire
milites, contrahere dispersos, allevare prostratos,
ostendere procul evolutam ex tuguriis fumum, hor-
tarique, ut proxima quaque suffugia occuparent⁷⁾.
Nec ulla res magis saluti fuit; quam quod multi-
35 plicato labore sufficientem malis, quis ipsi cesserant,
regem deserere erubescabant. ✓

Ceterum necessitas, efficacior⁸⁾ in adversis quam
ratio, frigoris remedium invenit. Delabria enim silvas
sternere adgressi passim acervos accenderunt. Con-
40 tinenti incendio ardore crederes saltum et vix inter
flamas agminibus relictum locum. Hic⁹⁾ calor
stupentia membra commovit, paulatimque spiritus,
quem continuerat rigor, meare libere cospit. Excepere

alios tecta barbarorum, quae in ultimo sella abdita
necessitas investigaverat, alios castra, quae in umido 45
quidem, sed jam coeli mitessente sevitia, locaverunt.
Duo milia militum atque lixarum calonumque pestis
illa consumpsit. Memoria proditione est quosdam
adplicatos arborum truncis et non solam viventibus,
sed etiam inter se colloquentibus similes esse con- 50 spectos, durante adhuc habita, in quo mors quemque
deprehenderat. Forte Masedo gregarius miles, seque-
ct arma vix sustentans, tamen in castro pervenerat;
quo viso rex, quamquam ipse tum maxime admotos
igni refovebat artus, ex sella sua exsiluit torpen- 55
temque militem et vix compotem mentis demplis
armis in sua sede jussit consideris. Ille dix nec
ubi requiesceret nec a quo esset exceptus agnovit;
tandem recepto calore vitali, ut regiam sedem regem-
que vidi, territus surgit. Quem intuens Alexander: 60
„Equid intellegis, miles“, inquit, „quanto meliore
sorte quam Persae sub rege vivatis? Illis enim in
sellis regis consedisse capital foret, tibi saluti fuit.“
Postero die convocatis amicis copiarumque ducibus
pronuntiari jussit, ipsum omnia, quae amissa essent, 65
redditurum. Et promisso fides existit. Num Sisi-
michres multa jumenta et camelorum duo milia ad-
duxit pecoraque et armenta, quae distributa pariter
militem et damno et fame liberaverunt. (Curtius.)

1) en bjerghald Egn op imod Paropanisus (Hindukuech),
hvorigen nem A. maatte drage paa sit Tog til Indien. —
2) „Uvejr“. — 3) — legentes se. — 4) se. imbrum. — 5) „ved oj
til en fast Isokorpa“. — 6) „derak Sto“. — 7) „skynde sig hen
til“. — 8) „en virkesomme Hjelper“. — 9) „den derved frem-
kaldte“.

XVII.

Scipio Africanus antiquior quam fuerit altus animi atque magnificus et qua sui conscientia¹⁾ subnixus, plurimis, quae dixit quaque fecit, declaratum est; ex quibus sunt haec duo exempla ejus fiduciae²⁾ atque exsuperantiae³⁾ ingentis.

Quum M. Nævius tribunus plebis accusaret eum ad populum diceretque accepisse a rege Antiocho pecuniam, ut conditionibus gratiosis et mollibus pacem cum eo populi Romani nomine faceret, et quodam item alia criminis daret indigna tali viro, tum Scipio panca praetulsa, quae dignitas vite sue atque gloria postulabat, „Memoria” inquit, „Quirites, repeto diem esse hodiernum, quo Hannibalem Ponum imperio vestro inimicissimum magno prolio vici in terra Africa pacemque et victoriam vobis peperi spectabilem. Non igitur simus adversum deos ingratii et, censeo, relinquamus nebulosum hunc, eamus hinc protinus Jovi Optimo Maximo gratulatum.” Id quum dixisset, avertit se et ire ad Capitolium coepit. Tum contio universa, que ad sententiam de Scipione ferendam convenerat, relicto tribuno Scipionem in Capitolium comitata atque inde ad sedes ejus cum laetitia et gratulatione sollemni prosecuta est. Fertur⁴⁾ etiam oratio, quae videtur habita eo die a Scipione; et, qui dicunt eam non veram⁵⁾, non eunt inficias, quin haec quidem verba fuerint, quae dixi, Scipionis.

Item aliud est factum ejus præclarum. Petillii duo quidam tribuni plebis, a Marco, ut ajunt, Catone, inimico Scipionis, comparati in eum atque immisisti, desiderabant in senatu instantissime, ut pecunia Antiochini prædaeque in eo bello captae rationem redideret; fuerat enim L. Scipioni Asiatico, fratri suo,

imperatori in ea provincia legatus. Ibi Scipio exsurgit et, prolatu e sinu togæ libro, rationes in eo scriptas esse dixit omnis pecunia omnisque præda; 35 allatum, ut palam recitaretur et ad seruum deferretur; „sed enim⁶⁾ id jam non faciam” inquit „nec me ipse ad fiduciam contumelias”. Eumque librum statim eorum discidit suis manibus et concerpit, agre passus, quod, cui salus imperii ac rei publicæ accepta ferri 40 deberet⁷⁾, rationem pecunia prædatiæ posceretur.

(A. Gellius.)

¹⁾ „Bevidsthed om sit eget Vard”. — ²⁾ „Selvfælelse”. — ³⁾ „Overlegeshed”. — ⁴⁾ „or i Omlob mellem Folk”. — ⁵⁾ „ogte”. — ⁶⁾ „sandelig, naturligvis”. — ⁷⁾ cui . . accepta ferri deberet = „hvem man burde takke for”.

XVIII.

Casari futura cœdes evidentibus prodigijs dannata est: Paucos ante menses, quum in coloniam Capuanam deducti lege Julia coloni ad extruendas villas vetustissima sepulcra disicerent idque eo studiosius facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui 5 scrutantes reperiebant, tabula aenea in monumento, in quo dicebatur Capys, conditor Capus, sepultus, inventa est, conscripta litteris verbisque Græcis hac sententia: quandoque ossa Capyis detecta essent, fore, ut Iulo prognatus manu consungvineorum necaretur magnisque mox Italiz cladi bus vindicaretur. Cujus rei, ne quis fabulosam aut commenticiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Caesaris. Proximis diebus equorum gropes, quos in traicioendo Rubicone flumine consecratal⁸⁾ ac vagos et sine 15 custode dimiserat, compertit pertinacissime pabulo abstinere ubertinque fieri. Et immolantem haruspex Spurinna monuit, caveret periculum, quod non ultra

Osgaver til Oewersideha ha Latia ya Dansk.

Martiss Idus proferretur⁴). Ma vero nocte, cui illuxit
 20 dies cœdis, et ipse sibi visus est per quietam inter-
 dum supra nubes volitare, alias cum Jove dextram
 jungere, et Calpurnia uxor imaginata est collabi
 fastigium domus maritumque in gremio suo con-
 fodi; ac subito cubiculi fores sponte patnerunt.
 25 Ob haec simul et ob infirmam valetudinem diu cancri-
 tatus, an se domi contineret et, quo spud senatum
 proposuerat agere, differret, tandem D. Bruto ad-
 hortante, ne frequentes ac jam dudum opperientes
 destitueret, quinta fere hora progressus est; libellum-
 30 que insidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum,
 libellis⁵) ceteris, quos sinistra manu tenobat, quasi
 mox lecturas commissovit. Dein pluribus hostiis causa
 quum litero non posset, introiit curiam spreta reli-
 gione Sparinnamque irridens et ut falsum⁶) arguens,
 35 quod sine ulla sua noxa Idus Martius adessent; quam-
 quam is venisse quidem eas diceret, sed non preter-
 isse. Adsidentem conspirati specie officii⁷) circum-
 stetarunt, illicoque Cimber Tillius, qui primas partes
 suscepserat, quasi aliquid rogaturus propius accessit,
 40 renuentique ei gestu in aliud tempus differenti⁸) ab
 utroque umero togam adprehendit; deinde clamantem:
 „Ista quidem vis est“ alter e Casca⁹) adversum
 vulnerat paulum infra jugulum. Caesar Casca bra-
 chium arreptum graphicio trajicit; conatusque prosilire
 45 alio vulnere tardatus est; utque animadvertisit undique
 sa strictis pagionibus pati, toga caput obvolvit, simul
 sinistra manu sinum ad iuxta crura deduxit, quo
 honestius eaderet stiam inferiore corporis parte velata.
 Atque ita tribus et viginti plagiis confossus est, uno
 50 modo ad primum iectum gemitu sine voce edito; et si
 tradiderant quidam M. Bruto irruenti dixisse; Kai oó,
 téxov; Exanimis, diffugientibus cunctis, aliquandiu

jacuit, donec lectem impositum dependente brachio
 tres sorvili domum rotularent. Fuerat animus com-
 juratis corpus occisi in Tiberim trahere, bona publi-
 caro, acta rescindere; sed metu M. Antonii consulis et
 magistri equitum Lepidi destiterant. (*Suetonius.*)

⁴) Ikke til nogen bestemt Gud; det beted blot, at de
 skulde være fri og ikke mere maatte bemyttos af Mennesker.
 — ⁵) „vilda ladie vonte pat sig“. — ⁶) „Papirer“. — ⁷) „en
 falsk Profet“. — ⁸) „at gøre ham deres Opvarmning“. — ⁹) „bed
 ham vente.“ — ¹⁰) P. Servilius Casca; hans Broder hed Gaius.

PARTICULA NOVA.

I.

Pulchram facinus M. Cato in libris Originum
 de Q. Caedicio tribuno militum scriptam reliquit.
 Quum imperator Pœnus in Sicilia bello Carthaginensi
 primo obviam Romano exercitui progressus colles
 idoneos prior occupavisset, militesque Romani incauti
 5 in locum insidiis et perniciei obnoxium¹¹) devenissent,
 tribunus ad consalem accessit cique ostendit, exitium
 exercitui propter loci iniqnitatem et hostium circum-
 stantium multitudinem cōtum impendere. „Itaque
 censeo“, inquit, „si rem servare via, faciundum, ut 10
 quadringentos milites ad collum illum ire jubeas,
 cumque uti occupent imperios horterisque. Hostes
 profecto, ubi id viderint, ad occursandum pugnam-
 dumque in eos convertentur unoque illo negotio
 sese alligabunt, atque illi omnes quadringenti procul
 15 dubio obtincentur; tu vero interea, occupatis in
 ea cœde hostibus, tempus exercitus ex hoc loco
 educendi habebis. Alia nisi haec salutis via nulla est.“
¹²

Consul respondit, consilium quidem istud providens²⁾
 20 sibi videri: „sed istos“, inquit, „milites quadringentos
 ad eum locum quisnam erit qui ducat?“ — „Si
 alium“, inquit tribunus, „naminem reperis, me licet
 ad hoc periculum utare; ego hanc tibi et rei publicae
 animam do.“ Consul tribuno gratias laudesque agit;
 25 tribunus et quadringenti ad moriendum proficisciuntur.
 Hostes eorum audaciam demirantur, quorsum ire
 pungant, exspectantes; sed ubi apparuit illos ad
 eum collem occupandum iter intendere, mittit ad
 versum illos imperator Carthaginiensis peditatum;
 30 equitatemque, quos in exercitu viros habuit strenuissimos. Romani milites circumveniuntur, circum-
 venti repugnant; fit proelium diu anceps, tandem
 superat multitudo; quadringenti omnes ad unum
 perfossi gladiis aut missilibus operi cadunt. Consul
 35 interim dam ibi pugnat, se in locos tutes sub-
 ducit. Sed di immortales tribuno militum fortunum
 ex virtute ejus dedere. Nam ita evenit, ut, quum
 saucius multifariam³⁾ ibi factus esset, tamen vulnus
 capitale nullum acciperet; cumque inter mortuos et
 40 sanguinem, qui eis defluxerat, jacentem coguovere
 et sustulere, isque convuluit seque postea operam
 rei publicae fortem atque strenuam prebuit. Sed
 facinus sequa egregium quo in loco gesseris, nimium
 interest; Leonide enim Laconis, qui simile apud
 45 Thermopylas fecit, virtutem et gloriam omnis Graeciae
 clarissimis decoravit monumentis; at tribuno militum
 Romano parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat
 atque rem servaverat. (*Cato apud Cælium.*)

²⁾ = „hvør de var udsatte for“. — ³⁾ „velbetank“. —
 „pan mangfoldige Steder“.

II.

Dicitur Antiochus, rex Syrie, quum frequenter
 de bello Romano consilium remoto Hannibale
 habuisset, tandem eum vocari jussisse, non ut ex
 sententia ejus aliquid ageret, sed ne omnino sprevisse
 videretur, omnibusque sententiam rogatis postremum⁵
 interrogasse. Quo ille animadverso intellegere se
 professus est, non quia rex suo egeat consilio, sed
 ad supplendum numerum sententiarum se vocatum;
 tamen et odio Romanorum et amore regis, apud
 quem solum tutum exilium sibi relictum sit, se viam¹⁰
 gerandi belli expositum. Deinde precatus, ut venia
 libertati sua daretur, nihil se consiliorum presentium
 probare ait, neque sedem belli Græciam sibi placere,
 quum Italia multo opportunior sit; neque enim
 Romanos vinci nisi armis suis posse nec Italianam¹⁵
 aliter quam Italici viribus subigi, si quidem diversum
 a ceteris mortalibus esset illud et hominum et belli
 genus. Aliis in bellis plurimum momenti hubere
 aliquam occasionem loci temporisve priorem cepisse,
 agros vastavisse, urbes alias expugnasse; cum²⁰
 Romano, sen occipaveris prior aliqua seu viceris,
 tamen etiam cum victo et jacente lactandum esse.
 Quam ob rem, si quis eos in Italia lassessat, suis eos
 opibus, suis viribus, suis armis posse vincere, sicut
 ipse fecerit. Sin vero quis illis Italianam velut fontem²⁵
 virium reliquerit, perinde falli; ac si quis amnes non
 ab ipsis fontibus primordiis, sed concretis jam aquarum
 molibus avertere vel exsiccare velit. Hæc et secreto
 se regi dixisse ultroque ministerium³⁾ consilii sui
 obtulisse, et nunc presentibus amicis ideo repetuisse,³⁰
 ut scirent omnes, quomodo gerendum cum Romanis
 esset bellum, eosque foris invictos, domi fragiles

esse. Nam prius illos urbe quam imperio, prius Italia quam provinciis exui posse; quippe et a Gallis captos et a se prope deletos esse; neque unquam se victum, priusquam terris eorum cesserit; reverso Carchaginem statim cum loco fortunam belli mutatam esse. (*Justinus,*)

¹⁾ „Huandersökning“.

III.

Philippus rex bello a Romanis vicius quam civitates Thessaliam reddere præsidiaque regia ab Aeneo et Maronea deducere jussus esset, infensus omnibus in Maronitas iram effundit. Onomasto, duci suo, qui præserat maritimæ Thracie oræ, mandat, ut partis regi adversæ principes interficeret. Ille per Casandrum quendam, unum ex regiis jam diu habitantem Maroneæ, nocte Thracibus intromissis velut in capta bello urbe cœdem fecit.¹⁾ Deinde apud legatos Romanos, querentes tam crudeliter adversans innoxios Maronitas, tam superbe adversus populum Romanum factum esse, ut, quibus libertatem restituendam senatus cœnsumisset, ii pro hostibus trucidarentur, abnuebat rex quidquam eorum ad se aut quemquam snorum pertinere; seditione inter ipsos dimicatum, quum alii ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent; id facile scituros esse, si percontarentur ipsos Maronitas, — haud dubius, percussis omnibus terrore tam recentis eodis, neminem hiscere²⁾ adversus se ausnrum.³⁾ Negabat Appius, princeps legationis Romanae, rem manifestam pro dubia⁴⁾ querendam; si ab se culpam removere vellet, Onomastum et Casandrum, per quos acta res dicaretur, mitteret Romanum, ut eos senatus percontari posset. Primo adeo perturbavit ea vox

regem, ut non color, non vultus ei constaret; deinde, collecto tandem animo, Casandrum, qui Maroneæ fuissest, si utique vellent, se missum dixit; ad Onomastum quidem quid cam rem pertinere, qui non modo Maroneæ, sed ne in regione quidem propinquia fuissest? Nam et parcerat magis Onomasto, honoratiōi amico, et cundem indicem haud paulo plus timebat, quia et ipse sermonem contulerat cum eo et multorum talium ministrum et conscientiū habebat. Casander quoque, missis, qui per Epirum ad mare prosequerentur cum, ne qua indicium emanaret, veneno creditur sublatns. Et legati a Philippi colloquio ita digressi sunt, ut pre se ferrent nihil eorum sibi placere, et Philippus minime, quin rebellandum esset, dubius. Quia tamen immatres ad id vires erant, ad moram interponendam Demetrium, minorem filium, mittere Romanum simul ad purganda criminis, simul ad deprecandam iram senatus stetit. (*Livius.*)

¹⁾ „at mukke“. — ²⁾ pro dubia = quasi dubia esset.

Aeneos og Maroneæ var to greske Byer paa Thrakiens Kyst. Eumenes, Konge i Pergamum, havde været Roms Forbundsmede i Krigen mod Philip.

IV.

Anno u. c. **XLVIII** in Hispania, sicut a bello Punico quies erat, ita quasdam civitates propter conscientiam culpe metu magis quam fide quietas esse apparcerat; quarum maxime insignes et magnitudine et noxa Iliturgis et Castulo erant. Castulonenses, quin prosperis rebus Romanorum socii fuissent, post caeos cum exercitibus Scipiones¹⁾ defecerant ad Poenos; Iliturgitani prodendis interficiendisque, qui ex illa clade ad eos perfugerant, scelus etiam defectioni addiderant. In eos populos 10

si primo adventu, quam mota Hispania esset, P. Scipio sevisset, merito magis quam utiliter id fecisset; tunc, jam tranquillis rebus, quia tempus expetendus ponebat videbatur venisse, primum ad Ilturigim opibus pugnandum profectus quintis fero ad urbem castris pervenit. Clausae erant portae omniaque parata ad oppugnationem arcendam. Hinc et hortari milites Scipio oras est: Ipsos claudendo portas indicasso Hispanos, quid ut timerent meriti essent; itaque multo infestioribus animis cum eis quam cum Carthaginiensibus bellum gorendum esse; quippe cum illis prope sine ira de imperio et gloria certari, ab his perfidiae et crudelitatis punias expetendas esse; venisse tempus, quo nefandam commilitonum nocem noluerentur. Hac cohortatione dueis incitati scalas electis per manipulos viris dividunt; partitoque exercitu duobus simul locis urbem adgrediuntur. Oppidanos non dux unus aut plures principes, sed suos ipsorum ex conscientia metus ad defendendam impigre urbem hortatur; admonebant alii alios supplicium esse, non victorium peti; ubi quisque mortem optaveret, id referre, utrum in pugna et in aie, ubi Mars communis et victimum saepe erigeret et adfligeret victorem, an postmodo, cremata et diruta urbe, ante ora captarum conjugum liberorumque inter verbora et vincula exspirarent. Itaque tanto ardore certamen initum est, ut domitor ille totius Hispanie exercitus ab unius oppidi juventute -sue repulsus a muris haud satis decoro proelio trepidaret. Id ubi vidiit 40 Scipio, veritus, ne vanis tot conatibus suorum et hostibus cresceret animus et securior miles fieret, sibimet conandum ac partem periculi capessendam esse ratus ferri scalas jubet et se ipsum, si ceteri cunctentur, escensurum minatur. Jam subierat hand

mediocri periculo menia, quam clamor undique ab 45 sollicitis viem imperatoris militibus sublatus sculpsque multis simul partibus erigi coepit. Tum victa oppidanorum via, dejectisque propugnatoribus occupantur muri.

²⁾ Bredrene P. og Cn. Scipio, som anførte Romes Hær i Spanien, var ved Forræderi af deres spanske Forbundsfæller blevne omringede og nedhuggede med næsten alle deres Tropper Aar 212 (542). En Son af den forstørrelse var den unge P. Scipio, som 211 var blevet besikket til Hærfeber i Spanien.

V.

Q. Servilius Cæpicio consul, anno a. Chr. n. cxl contra Viriathum in Hispaniam missus, quem acie eum vincendi nulla spes esset, quosdam amicos ejus ingentibus donis ac multis promissis induxit, ut cum se interfectoro pollicerentur; eamque rem illi tali modo confecerunt. Viriathus ob varias, quibus distrahebatur, curas et die et nocte laborare solebat ex quoque utebatur somno; quin etiam plerunque in armis quiescet, ut, quum aut ipso experrectus esset aut magna aliqujs rei causa sonno excitatus, ad 10 omnia statim negotia obtunda esset parator. Quapropter vel nocte ad eum patetebat amicis aditus; eaque occasione proditores abusi, quum nocte quadam, quasi gravi aliquo urgente negotio, in ejus tontorium irrupissent, dormientem cum jugulo perfosso truci- 15 daverunt. Mox nullo sentiente castris egressi ad Cæpionem transflugerant et mercedem facinoris sui ab eo postulaverunt; quibus ille in presenti quidem, ut ea, quas jam obtinuerant, tuto possiderent, concessit; de ceteris autem, quo postulabant, ad senatum 20 eea remisit; penes eum esse judicium ejus rei, quam gessissent.

Orta luce famuli Viriathi atque omnis exercitus, rati eum quiescere, mirabantur, cur plus solito somnum produceret, donec nonnulli mortuum in armis jacere senserunt. Tum exemplo totis castris planetus et comploratio audita est, cunctis et ejus mortam lugentibus et jam de sua salute anxiis, ut qui secum repugnarent tanto ducce orbati quantis in periculis versarentur; accedebat ira, quod auctores facinoris non reperiebantur, ut ne ultiōnis quidem solatium haberent. Quod unum facere potuerunt, exequias ejus quam splendidissimas celebraverunt, eximique viri memoriam carminibus lugubribus et certaminibus cohonestaverunt. Et mehercules vir tali honore dignus fuit; nam, ut inter barbaros, omnibus imperiorū virtutibus insignis erat, in adeundis cujusque generis periculis nulli secundus, in preda dividenda aequalitatis studiosissimus; numquam ampliorem partem, licet semper amici exhortarentur, sibi sumere sustinuit, et quidquid sumebat, id fortissimis quibusque rursus distribuebat. Quo id assuetus est, quod nescio an nulli umquam alii duci contigerit, ut, quum exercitum haberet ex diversis gentibus mixtum, tamen octo annis, quibus bellum gessit, nulla seditio in ejus castris oreretur, sed militem semper haberet ad omnia obsequantem et ad subeunda pericula impigrum. (Appianus.)

VI.

Anno u. c. DLXXXII eodem tempore legati Carthaginenses et Gulussa, filius Masinissa, Romae erant. Inter eos magna contentiones in senatu fuere. Carthaginenses querebantur amplius sepius tuaginta oppida castellaque agri sui biennio proximo

Masinissam vi atque armis possedisse. Id illi, amicitia Romanorum freto, facile esse; Carthaginenses federo, quod cum Romanis facissent, illigatos silere; prohiberi enim se extra fines arma efferre; et quamquam sciunt in suis finibus, si inde Numidas pellent, se gesturos bellum; tamen illo haud ambiguo capite¹) federis se deterreri, quo diserte vetentur cum sociis populi Romani bellum gerere. Sed jam ultra superbiam et avaritiam ejus non pati posse Carthaginenses; itaque missos esse se, qui orarentur senatum, ut trium harum rerum unam ab se impetrari sinerent: ut vel aquo inter regem socium sociumque populum arbitrio, quid eujusque esset, statuerent, vel permitterent Carthaginensibus, ut adversus injusta arma pio justoque se tutarentur bello, vel ad extremum, si gratis regis plus quam sequitas apud eos valeret, semel statuerent, quid donatum ex alieno Masinisse vellent. Horum si nihil impetrarent, et aliquod suum post datum sibi a P. Scipione pacem delictam esset, ipsi potius animadverterent in se; tutam servitatem se sub dominis Romanis quam libertatem expositam ad injarias Masinissae malle; perire denique semel ipsis satius esse quam sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum ducere. Sub hæc dicta legati lacrimantes procuberunt, stratique humi non sibi magis misericordiam quam regi invidiam concitaverunt.

Interrogari Gulussum placuit, quid ad hæc responderet, aut super qua re ipso Romam venisset. Gulussa neque sibi facile esse dixit de iis rebus agero, de quibus nihil pater sibi mandasset, neque patri facile fuisse mandare, quum Carthaginenses nec, de qua re actri essent, nec omnino ituros se Romam indicaverint. In aede Aesculapii clandestinum

40 eos per aliquot noctes consilium principum habuisse, unde nihil emanasse præterquam legatos occultis cum mandatis Romanam mitti. Itaque patrem se misisse, qui deprecaretur senatam, ne quid communibus inimicis criminantibus se crederent, quem ob
45 nullam aliam causam nisi propter constantem fidem erga Romanos odissent. His utrinque auditis senatus, quum nihil in præsentis decernere posset, regulum et Carthaginenses domum reverti jussit legatosque
alios quam primum ad rem disceptandam Romanam
50 mitti. (*Livius.*)

¶ „Paragraph“.

VII.

Perseus rex, apud Pydnam devictus, relicta Macedonia in insulam Samothracam profugit, ut nobilissimi templi, quod ibi erat, religione tutus esset. Erant cum eo pauci amici, inter quos Euander
5 Cretensis, quo ministro Persea quattuor annis ante inimico suo Eumeni, regi Pergami, insigias Delphis tetendisse et eodem ejus proprie perpetravisse vulgata per omnes Graecias civitates fuma erat. Non multo post Cn. Octavium prætor classem Romanam Samo-
10 thracam appulit; qui quum regem modo minis, modo
spe pellicera, ut se tradiceret, conaretur, adjuvit cum
hoc res seu casu facta seu consilio. Illustris quidam
adulescens Romanus, quum in contione esse populum Samothracum animadvertisset, a magistratibus petiti,
15 ut sibi paucis populi adloquendi potestatem facerent. Hoc permisso: „Utrum nos“ inquit, „Samothraces, vero accepimus an falso, sacram hanc totam insulam esse?“ Quum vere hoc dici affirmarent omnes: „Cur igitur“ inquit, „eam pollutus sanguine

Mallevere

regis Eumenis homicida violabit?“ His auditis Samo-
thrae, quum non immitto ea sibi exprobrari arbitrarentur, Theonan, qui summus magistratus apud eos erat, ad Persea mitunt, qui nuntiaret: argui cœdis Euandrum Cretensem; esse autem apud sese judicia more majorum constituta de iis, qui incestus manus intra terminos templi sacratos intulisse dicantur; si confideret Euander, immoxium se argui, veniret ad causam dicendam; si committere se judicio non auderet, templum relinquere ac sibimet ipsi consideret.

Perseus veritus, ne Euander, si damnatus esset, auctorem se nefandi facinoris protraheret, sevocato ei persuadere conabatur, nullo pacto judicium apud iniquos judices subiret; nihil jam reliqui esse, nisi ut fortiter moreretur. Nihil palam abnebat Euander; sed quum veneno se mallo mori quam ferro dixisset, occulte fugam parabat. Quod quum renuntiatum regi esset, melius, ne, tamquam poenæ renum subtraxisset, iram Samothracum in se converteret, interfici Euandrum jussit. Sed tanto facinore in unicum 40 relictum amicum admisso omnium ab se abalioravit animos. Pro se quisque transire ad Romanos; nec quisquam præter Philippum, maximum natu ex filiis, cum rege relictus est. Tum sese filiumque Octavio tradidit, deos, quorum in templo erat, ut nulla ope 45 supplicem juvantes accusans.

(—VIII.

Anno a. Chr. n. CLXIX, dum bellum in Macedonia geritur, legati a regulo quodam Gallorum Transalpinorum Romanam venerunt, ad id bellum auxilia pollicentes. Eodem tempore Pamphylii legatos

5 miserunt, coronam auream magni ponderis ferentes, quam ut in cella Jovis Capitolini ponere et sacrificare in Capitolio sibi licet, a senatu peterent; simul, ut amicitiam cum populo Romano olim factam renovarent, iis mandatam erat. Censuit senatus 10 utriusque legationi gratias agendas esse mittendaque munera solita. Tum ab rege Prusia et paulo post ab Rhodiis legati, de eadem re longe aliter disserentes, auditi sunt; utraque legatio de pace reconcilianda cum rege Perseo egit. Prusius legatos suos 15 profiteri jusserrat, et ad id tempus se cum Romanis stetisse et, quoad bellum foret, staturum; ceterum quum Perseus, cuius soror sibi nupta esset, secum per legatos egisset, ut bellum finiret, ei se pollicitum esse, deprecatorem se apud senatum pro eo futurum; 20 petere igitur a patribus, ut iras ponerent et in gratiam cum Perseo redirent. Superbius egerunt Rhodii, qui, commemoratis meritis suis erga populum Romanum, et pax viatoria de rege Antiocho olim reportatae majore parte ad se vindicata, adjecerunt 25 se, quum pax inter Macedonas Romanosque esset, amicitiam cum Perseo junxisse; eam se orto bello, quoniam Romanis se in societatem belli trahere plausisset, ei renuntiassc invitos, quum nihil adversus se commisisset. Sed tertium iam annum se 30 multa ejus belli incommoda sentire, commeatibus maritimis interclusis; quum id ultra pati non possent, alias legatos se ad Perseam in Macedoniam misisse, qui si denuntiarent, Rhodiis placere, pacem eum componere cum Romanis; se Romanum eadem 35 nuntiatum venisse. Qui obstetissent, quoniam bellum finis fieret, adversus eos quid sibi faciendum esset, Rhodios consideraturos esse. Facile existimari potest, quanta, cum indignatione patres haec audierint.

Clandins Quadrigurius¹⁾ auctor est, Rhodios ne dignos quidem habitos esse, quibus responderetur, sed tantum 40 legatis presentibus senatus consultum recitatum, quo Caras Lyciosque, qui devicto Antiocho Rhodiis traditi erant, liberos esse juberst populus Romanus litterasque exemplo de ea re ad utramque gentem mitti; qua auditu re principem legationis, cuius magnilo- 45 quentiam vix curia paulo ante esperat, corruisse.

(*Livius.*)

¹⁾ en at de romerske Annalister, som Livius oftere har benytlet som Kilde.

IX.

Philippus tertius, rex Macedonum, sub finem vite omnes homines, omnia loca temporaque suspecta habebat; postremo negare propalam coepit, satis tutum sibi quidquam esse, nisi liberos eorum, quos interfecisset, comprehensos in custodia haberet et 5 tempore alium ilio tolleret. Eam crudelitatem, secundum per se, fædiorem unius domus clades fecit. Herodionem, principem Thessalorum, multis ante annis occiderat; generos quoque ejus postea interfecit; in viduitate relicte sunt filie, singulos filios parvos 10 habentes. Theoxena et Archo nomina iis mulieribus erant. Theoxena, multis potentibus, aspernata nuptias est; Archo Poridi cuidam, longe principi gentis Ænianum²⁾, nupsit, et apud eum plures enisa³⁾ partus, parvis admodum relictis omnibus, decessit. Theoxena, 15 ut in suis manibus liberi sororis educarentur, Poridi nupsit et, tamquam omnes ipsa enisa foret, suum sororisque filios in eadem habebat cura. Postquam regis edictum de comprehendendis liberis eorum, qui imperfecti essent, accepit, dixit se sua manu 20

potius omnes interfectoram, quam in potestatem Philippi venirent. Poris, abominatus mentionem tam fodi facinoris, Athenas se deportaturum eos ad fidos hospites dixit, comitemque ipsum fugae futurum esse.
 25 Proficiscuntur ab Thessalonica Aeneam ad statum sacrificium, quod Aeneas conditori cum magna ceremonia quotannis faciunt. Ibi die per sollemnes epulas consumpto, navem preparatam a Poride, sopitis omnibus, de tertia vigilia condescendunt tamquam 30 reddituri Thessalonicanam; sed traicere in Eubream erat propositum. Ceterum in adversum ventum nequam eos tendentes prope terram lux oppressit; et regii, qui praeerant custodis portus, lembum³⁾ cum armatis ad retrahendum eam navem miserunt cum 35 gravi edicto, ne reverterentur sine ea. Quum jam appropinquabant, ferox femina, ad multo ante pre-cogitatum revoluta facinus, venenum diluit⁴⁾ ferrumque promit et, posito in conspectu poculo strictisque gladiis, „Mors” inquit, „juvenes mei, una 40 vindicta⁵⁾ est. Viae ad mortem haec sunt; qua quemque animus fert, effugite superbiam regium; primum, qui majores estis, capite ferrum aut haurite poculum, si segnior mors juvat.” Et hostes aderant, et auctor mortis instabat. Alii alio isto absumpti semianimes 45 e nave precipitantur; ipsa deinde virum comitem mortis complexa in mare sese dejecit; nave vacua dominis regii potiti sunt. (Livius.)

¹⁾ Aenaeas: Indbyggerne i Byen Aenos paa Halveen Chalkidike. — ²⁾ exister = „feder”. — ³⁾ en hærtigsejlende Baul. — ⁴⁾ tilberede en giftig Drik. — ⁵⁾ „Befrielse”.

X.

Ex Ciceronis oratione Philippica tertia.

Serius omnino, patres conscripti, quam tempus rei publicæ postulabat, aliquando tamen convocati

sumus; quod flagitabam equidem cotidie, quippe quum bellum nefarium contra aras et focos, contra vitam fortunasque nostras ab homine perditæ noti comparari sed geri jam viderem. Quid igitur exspectamus, quum non exspectet Antonius? quoque tantum bellum, tam crudelæ, tam nefarium, privatis consiliis propulsabit? cur non quam primum publica iis accedit auctoritas? C. Cæsar adolescens incredibili ac divina quadam mente atque virtute tam, quum maxime furor arderet Antonii, quumque ejus a Brundisio crudelis et pestifer redditus timeretur, nec postulantibus nec cogitantibus nobis, ne optantibus quidem, quia non posse fieri videbatur, firmissimum exercitum ex invicto genere 15 veteranorum militum comparavit patrimoniumque suum in rei publicæ salute collocavit. Cui quamquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habendu tamen est tanta, quantum maximam animi nostri capere possunt. Quis enim est tam ignarus rerum, tam nihil de re publica cogitans, qui hoc non intellegat, si M. Antonius a Brundisio cum iis copiis, quas se habiterum putabat, Romam, ut minabatur, venire potuisse, nullum genus cum crudelitatis præteritorum fuisse? quippe qui in hospitiis 25 tectis Brundisii fortissimos viros optimosque cives jugulari jusserit, quorum ante pedes ejus morientium sanguine os uxor respersum esse constat. Ilac ille crudelitate imbutus⁶⁾, quum multo nobis omnibus veniret iratior, quam illis fuerat, quos trucidarat, 30 cui tandem nostrum aut cui omnino bono pepercisset? Quia peste rem publicam privato consilio (neque enim fieri potuit aliter) Cæsar liberavit; qui nisi in hac re publica natus esset, rem publicam esclere Antonii nullam jam haberemus. Sic enim perspicio, sic judico, nisi unus adolescens illius

furentis impetus erudelissimosque oonatus cohibusset, rem publicam funditus interituram fuisse. Cui quidem hodierno die, patres conscripti (— nunc enim primum ita convenimus, ut illius beneficio possemus ea, quæ sentiremus, libere dicere —), tribucunda est anctoritas, ut rem publicam non modo a se suscepiam, sed etiam a nobis commendatam possit defendere.

⁴⁾ „sem bar facet Bloß paa Tandem“.

XI.

Anno u. c. ccxxi legati ab Ardea Romam veniunt, pro veterima societate renovatoque nuper federe auxilium prope eversæ urbi snae implorantes. Frui namque pace per intestina arma Ardeatibus non licuit; quorum initium traditur ex certamine factionum fortum, quæ fuerunt eruntque pluribus populis exitio quam bella externa, quam fames morbive, quæque alia publicoram malorum ultima putantur. Virginem plebeji generis maxime forma notam duo petiere juvenes; alter, virginī genere par, tutoribus ejus confidebat, qui et ipsi ejusdem corporis¹⁾ erant; alterum, nobilem, adjuvabant optimatum stndia. In domum quoque puellæ cortamen partium penetravit: nobilis superior matris iudicio erat, quo quam splen- didissimis nuptiis jungi filiam volebat; tutores, in hac quoque re partium memores, ad hominem sui generis tendebant. Quum res peragi intra domus parietas nequisset, ventum in jus est; postulatu auditio matris tutorumque magistratus secundum matris voluntatem dant jus nuptiarum. Sed vis potentior fuit; namque tutores, inter suas partia homines de injuria decreti palam in foro confionati, manu facta virginem ex domo matris rapiunt; ad-

versus quos infestior coorta optimatum acies sequitur accensum injuria juvenem. Fit prælium atrox; pulsata plebs, armata ex urbe profecta, colle quodam capto in agros optimatum cum ferro ignique excursiones facit, urbem quoque obsidere parat; nec ulla clades belli abest, velut contacta omni civitate rabie duorum juvenum funestas nuptias ex occasu patriæ potentium.³⁰ Parumi parti utrique domi armorum bellique est visum: optimates ad auxilium urbis obsecrare Romanos, plebs ad expugnandam secundum Ardeam Volacos excivere⁴⁾ Piores Volsci Ardeam venere et monibus hostium vallum objecere; quod ubi Romanum est nuntiatum, exemplo M. Geganius consul cum exercitu profectus tria milia passuum ab hoste locum castris capit. Postero die adgressus ab omni parte Volacos credidit, qui, ad preces a certamine versi, dedito imperatore traditisque armis sub jugum missi cum singulis vestimentis ignominiae pleni dimittantur. Romanus Ardeam turbatas seditione res, principibus ejus motus securi percussis bonisque eorum in publicum Ardeatium redactis, composuit; quo facto consul triumphans in urbem rediit. (*Lixius*.)⁴⁵

¹⁾ — „Stand“.

XII.

Crescente in dies et classe et fuma Sex. Pompeji, qui Siciliam occupaverat, Cesar Octavianus hujus belli molem suscipere statuit. Aedificandis navibus contrahendoque militi ac remigi navalibusque certaminibus adseuefaciendo præfector est M. Agrippa, vir summae virtutis, labore, vigilia, periculo invictus parendique, sed uni, scientissimus, aliis sane impendi cupidus; qui, nullius dilationis patiens consultisque facta conjugens, brevi tempore in Averno

10 ac Luerino lacu speciosissimam classem adificauit cotidianisque exercitationibus militem remigemque ad summum et militaris et maritime rei perduxit scientiam. Hac classe Caesar Pompejo Siciliaque bellum intulit. Sed virum humana ope invictum 15 graviter eo tempore fortuna concussit; quippe longe maiorem partem classis circa Veliam adorta vis tempestatis laceravit ac disjecit. Hic casus bellum moratus est, quod deinde aliquandiu dubia fortuna gestum est; nam et *classis*, ut primo prolio navalium 20 apud Mylas dacta Agrippae prospere pugnaverat, ita inopinato Pompejanæ classis adventu gravem sub ipsius Cæsaris oculis circa Tauromenium cladem accepit, et legiones, que cum Cornilio, legato Cæsaris, in terram expositiæ erant, pene a Pompejo 25 oppresæ sunt. Anceps tamen belli fortuna mox virtute correcta est; explicatis enim utriusque partis classibus dum pugnatur, pene omnibus navibus exutus Pompejus Asiam fuga petivit, ubi jussu Antonii, cuius opem petierat, jugulatus est.

30 Qua aestate Cæsar tam prospere sepelivit in Sicilia bellum, Antonius cum tredecim legionibus ingressus Armeniam ac deinde Medianam et per eas regiones Parthos petens habuit regent' eorum obvium; primoque duas legiones cum omnibus impedimentis 35 tormentisque et Statiuno legato amisit, mox saepius ipse cum summo totius exercitus discrimine ea adiit pericula, e quibus servari se posse desperarel, amissaque non minus quarta parte militum captivi cuiusdam Romani consilio ac fide servatus est, qui, clade Crassiani exercitus olim captus, quum fortuna non 40 animum matasset, accessit nocte ad stationem Romanam prædictaque, ne destinatum iter petarent, sed diverse silvestrique pervaderent. Hoc M. Antonio

ac toti exercitui saluti fait; de quo tamen hand minus pars quarta, ut diximus, militum, tertia calo- 46 num servitiique desiderata est; impedimentorum vix illa superfuit. Hanc tamen fugam suam Antonius, quia vivus exierat, victoriam vocabat.

(*Vellejus Paterculus.*)

XIII.

Ex A. Cornelii Celsi de medicina libro primo.

Ut alimanta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem agris medicina promittit. Haec nusquam quidem non est, siquidem etiam imperitissimæ gentes herbas et alias quædam remedia vulnerum morborumque neverunt; veritatem apud Grecos aliquanto magis quam in ceteris nationibus exculta est, quamquam ne apud hos quidem a prima origine, sed paucis anno nos saeculis. Nam vetustissimus ejus auctor¹⁾ *Aesculapius* celebratur, qui, quoniam adhuc rudem hanc scientiam parvo subtilius excoluit, in deorum numerum receptus est; hujus deinde duo filii, Podalirius et Machaon, bello Trojano ducem Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt. Quos tamen Hómerus non in pestilentiâ neque in variis generibus morborum aliquid tulisse auxilli, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse ostendit; ex quo apparet, hanc partem medicinæ solam ab iis esse tractatam, eamque esse vetustissimam. Eodemque auctore disci potest, morbos tum ad iram deorum immortalium relatos esse et ab iisdem opem posci solitam. Verique simile est, nullitudinis repertis, plerumque tamen eam bonam hominibus contigisse ob boscos mores, quos

25 neque desidia neque luxuria vitiarant; nam hec duo prius in Græcia, deinde apud nos corpora adfixerunt. Ergo etiam post eos, quos supra nominavi, diu nulli clari viri medicinam exercuerunt, donec majore studio disciplina litterarum¹⁾ agitari coepit; que, ut animo 30 hominum præcipue necessaria, sic corpori inimica est. Et initio medendi scientia pars sapientiae²⁾ habebatur, ut et morborum curatio et rerum naturæ contemplatio iisdem auctoribus nata sit, scilicet iis hanc scientiam maxime requirentibus, qui corporum 35 snorum robora quieta cogitatione nocturnaque vigilia minuerant; ideoque multos ex sapientiae professoribus peritos ejus fuisse accepimus, clarissimos vero ex iis Pythagoram et Empedoclem et Democritam. Hujus autem, ut quidam crediderunt, discipulus 40 Hippocrates primus quidem ex omnibus memoria dignis ab studio sapientiae disciplinam medendi separavit, vir et arta et facundia insignis.

¹⁾ auctor her: „Dyrker“. — ²⁾ disciplina litterarum: „videnskabelig Syssel“. — ³⁾ „Filosofien“.

XIV.

Seneca, quum a Claudio imperatore in exilium ejectus Corsie degeret, Helviæ, matri suis, filii casum lugenti consolationem misit, in qua hoc legimus:

5 „Hoc ipsum, carere patria, intolerabile esse vulgus putat. — Aspice, agedum, hanc frequentiam Romæ conversantem, cui vix urbis immensa tecta sufficiunt: maxima pars istius turbæ patria caret. Ex municipiis et coloniis suis, ex toto denique orbe terrarum 10 confluxerunt. Alios adduxit ambitio, alios necessitas officii publici; alios luxuria opportunum vitiis locum

quarens, alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula; quosdam traxit amicitia, quosdam industria laxam ostendens virtutis nacta materiam; quidam venalem formam attulerunt, quidam venalem eloquentiam. Nullum non hominum genus concurrit in urbem, et virtutibus et vitiis magna pretia ponentem. Jubè istos omnes nomine citari et, unde domo quisque sit, quare: videbis majoram partem esse, que relictis sedibus suis venerit in urbem 20 maximum quidem et pulcherrimum, non tamen suam. Deinde ab hac civitate discede, que veluti communis totius orbis potest dici; omnes urbes circum: nulla non magnam partem peregrinæ multitudinis habet. Transi ab his, quarum ancana positio plures adiecit, 25 deserita loca et asperriamas insulas percense: nullum invenies exilium¹⁾, in quo non aliquis animi²⁾ causa moretur. Quid tam nudum, tam inhospitale inveniri potest quam hoc saxum, in quo ego nunc habito? quid ad homines respicienti immansuetius, quid ad 30 cœli naturam intemperatus? plures tamen hic peregrini quam cives consistunt. Usque eo ergo commutatio ipsa locorum gravis non est, ut hic quoque locus a patria quosdam abduxerit. Invenio, qui dicant inesse naturalem quandam irritationem³⁾ animalium hominum commutandi sedes; mobilis enim homini mens data est, quietis impatiens et novitate rerum levissima. Quod non miraberis, si primam ejus originem aspiceris. Ex illo enim cœlesti spiritu descendit; cœlestium autem natura semper in motu 40 est. Aspice sidera mundum inlustrantia: nullum eorum persistat, labuantur adsidue et locum ex loco mutant. I nunc et humanum animum ex iisdem, quibus divina constant, seminibus compositum moleste

46 ferre transitum ac migrationem putu, quin dei natura
adsidua commutatione se delectet.⁴⁾

¹⁾ „Odhendighedssted“. — ²⁾ „Fornojeles“. — ³⁾ „Lyst,
Drift“.

XV.

Gens Merovingorum, ex qua Franci reges sibi
creare soliti erant, usque ad Hildericum regem dura-
visse putatur; sed licet in illo domum finita possit
videri, tamen jampridem nihil praeter inane regis
6 nomen habebat. Nam opes et potentia regni penes
aulo praefectos, qui majores domus dicebantur, erant;
neque regi aliud relinquebatur, quam ut, regio nomine
ornatus, erine profuso barbaque promissa in solio
resideret ac speciem dominantis effingueret, quum
10 legatos undique venientes audiret eisque abeuntibus
responsa, quae edictus erat, redderet. Nihil aliud
proprii possidebat nisi unam eamque perparvi redditus⁵⁾
villam, in qua habitabat cum paucis famulis neces-
saria sibi ministrantibus; inde sive ad palatium sive
15 ad populi conventum eundum erat, carpento⁶⁾ ibat,
quod bubus junctis trahebatur. At regni administra-
tionem praefectus aulae procurabat; qui honor a
populo iis dari consueverat, qui et claritate generis
et opum amplitudine inter ceteros principes emine-
20 bant.

Quo tempore Hildericus regnabat, Pipinus pra-
fecti officio fungebatur; qui eo honore non contentus,
quum summum omnium Francorum praeipueque cleri⁷⁾
favorem sibi conciliasset, ad Zachariam, pontificem
25 Romanum, legatos misit, qui ab eo quererent, utrum
melius esset eum regem appellari, qui re vera regnum
exerceret, an eum, qui vanam tantum potestatis
umbram retineret. Et quum pontifex illud melius

esse respondisset et Pipinum regem appellari jus-
sisset, hic in conventu Francorum a primoribus et so-
episcopis rex declaratus ac postea a Bonifacio,
apostolo Germanorum, oculo sacro unctionis est; quo
facto Hildericam solio regio depositum in mona-
sterium⁸⁾ traxit.

Non multo post Pipino oblata est occasio, qua 35
sed i apostolicæ gratiæ referret; nam Stephanus
ponit, qui Zachariæ successerat, a Langobardis
vexatus supplex in Galliam venit eusque auxilium
imploravit. Quod quum Pipinus libenter ei pro-
misisset, renientibus primo quibusdam ex primoribus et
Francorum, quibuscum consultare solebat, adeo ut
se regem deserturos domumque redituros libera voce
proclamarent, bellum tamen susceptum est et celer-
rime perfectum. Pipinus enim Aistulphum, regem
Langobardorum, paucorum dierum obsidione apud 45
Ticinum⁹⁾ et obsides dare et erupta Romanis oppida
restituere coegit. (*Enhard.*)

⁵⁾ „Indtegter“. — ⁶⁾ „Vogn“. — ⁷⁾ cleris — „Gejstlig-
heden“. — ⁸⁾ „Kloster“. — ⁹⁾ = Pavia.

XVI.

Videntes principes regni Sveciarum regem Albertum
ad tyrannijdem esse conversum, nuntios miserunt ad
dominam¹⁰⁾ Margaretam, Danie et Norvegia reginam,
rogantes, ut in tantis angustiis se consiliis et auxiliis
adjuvare dignaretur; sic enim et Danie reges et 5
Norvegia olim facere consesse. At illa, paternæ
calliditatis et ambitionis avaritiaeque non expers,
coepit animo volvere, quoniam modo posset etiam
Svecie regnum duabus, quæ jam habebat, adjungere.

10 Aptam igitur tempus advenisse rati, ante sibi certa ab iis promissa de regni dominio obtinendo dari volebat, quam opem iis polliceretar. Quare coepit blando sermone eos inducere, ut pro paternis regni legibus suisque privilegiis viriliter et animose armis
 15 certarent, nec sinerent regnum tam gloriosum totque victoriis insigne per viles et ignobiles peregrinos occupari; rursus memorabat, quam benigne quamque humane ipsa inter eos dominatrix esset, si eorum facta esset regina. Quibus illi auditis, simul angustiis
 20 undique pressi, promiserunt se dominam illam assumpturos, si fideliter suis necessitatibus subvenisset. Exinde Margareta auxilio freti regi Alberto obediens subtrahere omnique ratione se aperte ei opponere emperunt, dicentes, cum non rite electum
 25 regem, sed violenter sibi ingestum²⁾ esse; contra quos quam ille vehementius se erexisset et omnibus viribus eniteretur, ut seditionem comprimeret, totum regnum per aliquot annos bello ardebat, urbes comburebantur, rustici spoliabantur, terraque pene re-
 30 linquebatur inculta. Denique Margareta, quam rex imprudens variis contumeliis lacescivisso dicitur, ex-
 ercitum suum duce Henrico Parow vel, ut alii nar-
 rant, Ivaro Lykke in Sveciam misit, quocum prin-
 cipes Svecorum seditioni se mox conjunxerunt; contra
 35 Albertus validum exercitum contraxerat, quem maxime auxiliis e Germania accessitis firmaverat. In Fala³⁾, qui est saltus Westrogothiae, a. d. V. Kul. Martius anni MCCCCLXXXIX primum commissum est; ante quod quum Germani gloriati essent, singulos se tenuerat.
 40 Svecos non solum victuros, sed etiam ligatores et, quocumque vellent, pulsuros esse, res longe alium habuit exitum. Captus est enim rex Albertus cum

filio suo Erico et multis nobilibus, reliquo exercitu aut occiso aut passim fugiente. (*Ericus Olai et alii*)

¹⁾ „Frn”. — ²⁾ *ingerere* — „puatengere”. — ³⁾ Fala, Falu (heute Falköping har Nava).

XVII.

Ex Chronico Skilbyensi.

Anno Domini MXXXI, tertio die Nativitatis Dómini⁵⁾, qui divo Joanni evangelista saner est, Latherani quidam Hafnenses, incredibili furore saevientes, invaserunt templum beatoe Marie virginis, quod illius urbis est summum et maximum; illudque⁶ sacrilegis manibus profanantes primum sanctorum statuas omnes dejecerant ac, securibus confringentes, sputis, colaphis blasphemisque⁷⁾ vocibus irriserunt, deinde cleri locum⁸⁾ ingredientes subsellia prorsus destruxerunt. Summum tamen altare mansit incolue, protagente illud non sine capitib[us] periculo urbis praefecto⁹⁾; cetera omnia sunt profanata, etiam usque ad librorum saerorum dilacerationem. Quae vero probra et convicia in Christi sacerdotes atque in omnia nostra religionis sacra sint congesta, narrare¹⁰ non libet, quod sunt omni fide majora. Hujus autem sacrilegii praecipui autores dicebantur esse Ambrosius, tunc civitatis Hafnensis primarius consul¹¹⁾, Andreas faber argentarius, Wilhelminus Rouge, Erasmus pistor, Jacobus signif[icatus] aliique plures. Hi namque,²⁰ quum essent sine ratione ac sine prudentia homines plane deplorati¹²⁾ ac multis etiam sceleribus infames, quidam prorsus obserati, in Deum impii atque in omnia sacra et divina blasphemi; quod singulari quadam familiaritate adhaerebant seditionis auctor²⁵ Joanni Taussön, monstro omnium immanissimo, cuius

etiam lingua nihil unquam fingi potest impudentius, clandestinis conspirationibus coegerunt ex face plebis magnam turbam, ut non esset certus tanti sacrilegii auctor, cui tantum flagitium posset imputari. Haec itaque turba flagitiorum hominum vix sub noctem cessabat a sacrilega profanatione, ac procul dubio dici noctem conjuxiisset, nisi tandem supervenisset sceleris artifex Joannes Taussön, qui totum diem latuerat; cuius jussu negre cessatum est. Unde evidentibus compertum est argumentis, facilius esse insanos homines irritare quam irritatos cohibere. Postea vero quams profanatum est templum, mox clausum est, adeoque cessarunt omnia sacra¹⁾, ut nec pataret Lutheranus nec orthodoxis; manitque clausum integro pene anno.

¹⁾ *Nat. Dom.* = „Julen“. — ²⁾ *blasphemus* = „gudsbespottelig“. — ³⁾ Der menes Koret, hvor Kirkens Gejstighed (clerus) havde deres Stole. — ⁴⁾ „Byfogeden“. — ⁵⁾ *consul* = „Borgmester“. — ⁶⁾ = *perditi*. — ⁷⁾ „Gudstjeneste“.

XVIII.

Eic Itinere subterraneo Nicolai Klimii.

De moribus Potuanorum.

Principatus Potuanus finibus admodum angustis clauditur ac modicam tantum partem totius planetæ, cui Nazar est nomen, complectitur. Potuani, hujus regionis incolæ, arborum speciem habent, plerumque & solitam hominis statu ramam vix excedentium; in summis truncis posita sunt capita, humanis hand dissimilia; quot rami sunt, tot brachia; radicum loco binos habent pedes admodum breves, unde fit, ut testudineo gradu incedant. Sicut in orbe nostro 10 Europej inter alias gentes eminent, ita Potuani

præter reliquos planetæ Nazar incolas virtute et prudentia conspicui sunt. Quod ad mores eorum attingit, inter alia notatu dignissima hec animadvertebam. Quo pluribus beneficiis quis a re publica cumulatur, eo modestioram ac submissiorem se exhibet. Ita swpe videbam Bospolak, virum inter Potuanos opulentissimum, tanta humilitate adversus obvios in itinere cives se gerere, ut omnes submitteret ramos capitisque inclinatione cuivis pleboje arbori gratam animum testaretur. Quarenti mihi causam respondebatur, ita scrii debere, quoniam in civium neminem plura beneficia essent collata, ac prouinde maximus ia rei publicæ debitor existaret. Ad hunc tamen cultum nemo lege obligatur; sed quoniam Potuani sane judicio omnibus in rebus utantur, sponte hanc virtutem exercent, aliter sane atque apud nos, ubi ii, qui maximis honoribus maximisque emolumentis fruuntur, pauperiores superbissimo despiciunt. Cives vero meritissimi, quos omnes colere ac venerari jubentur, sunt numerose subolis auctores; heroes hi subterrani sunt, sacraque apud posteros memoria eorundem manet. Soli etiam sunt, quibus nomen MAGNI confertur, longe aliter atque apud nos, ubi „Magni“ disuntur humani generis evversores. Hinc facile est conjectare, quid de Alexandro Magno vel Jolio Cesare statuerent hi subterranei, quoniam uterque sine prole moriens aliquot hominum myriadas neci dederit. Memini me Kebæ, quo inter urbes principatus Potuani secundum locum tenet, epitaphium²⁾ rustici cuiusdam videre hac inscriptione ornatum: HIC JACKT JOCHTANUS MAGNUS. TRIGINTA LIBERORUM PATER. SUI TEMPORIS HEROS. Notandum tamen est, ad hanc gloriam adquirendam non sufficere solam liberorum

46 procerationem, sed opus esse, ut etiam honeste educari sint liberi. (*Holberg,*)

"*Gravmæle*".

XIX.

In patriam ex Gallia rediens, hanc prout Bruxellis, quum iter faciens in reda inter loquacem centurionem¹⁾ et superstilosam vetulam forte scderem, mentio miraculosæ conversionis²⁾ militum aliquot protestantium suis centurias injecta est a centurione. Idem, quum audiret me non eandem fidem habere dictis suis quam ceteros vectores, protestantem me esse suspicans ad prolium se composuit. Pacem ego humillime petebam, dolorem capitis, quo vexabar, 10 cansatus, quum inconsultum dicerem in certamen descendere cum illis, "quos arma tegunt et balteus ambit"³⁾; at neque pacem neque industias ab eo impetrare poteram; immo inanum verborum flumine pertinaciam meam expugnare tentabat. Ego vero, 15 tenax propositi, ad vetulam conversus de aesis tempeste cum ea fabulari incipiebam. At illa, ex vultu meo animum stomachantem perspiciens, convictum me a centurione rata supremam conversioni mense manum imponere tentabat, ineptas profundens 20 nugas ac longam enumerans miraculorum seriem, in quorum fidem testem provocabat bardum⁴⁾ illum judicem, qui et ipse miraculorum prodigia non modo orassissimas vetulas fabules juramento castrensi confirmavit, sed etiam novas in supplementum addidit. 25 Quare, ut molestis his nūgis finem imponerem, fabulas ipse fingebam, commentis miracula nuper in patria mea facta; dicebam inter alia, gravidam matronam, quo patrūm religionem abjuravisset, fastum bicipitem

enixam esse, aliam vero in ipso abjurationis actn in silicem transformatum, præsterea labi quotannis de 30 nubibus epistulas angeli Gabrielis manu scriptas, que ab religione catholica nos deterrebat, et id genus alia. Hinc illi, pulam se deridéri cernentes, "conticuere omnes iratiique ora tenebant"⁵⁾, et ego absque ulteriori molestia reliquum itineris confeci. 35 (*Holberg,*)

¹⁾ centurio = „Kaptajn“; centuris = „Kompanii“. —

²⁾ „Omvondelse“. — ³⁾ Citat af Juvenal. Sat. XVI, 48.

⁴⁾ — stadtum. — ⁵⁾ Citat af Vergils Æn. II, 1, men forvridjet, ogaa m. H. L. Betydningen af os tenera.

XX.

Sub finem anni p. Chr. n. octavi per Hadriam Corinthum versus nave vehebatnr poeta Ovidius, quem Augustus in exilium abire jusscrat. Id cur fecerit, non satis constat. Ovidius ipse duo crimina se perdidiisse profitetur, carmen et errorem; sed quum 5 vix dubitari possit, quin ei culpa datum fuerit, quod edito illo carmine impudico, quod Ars amandi inscribitur, Augusti morum corrigendorum studiis nocuisse, de altero crimine nemo usque ad hunc diem verum invenire potuit. Hoc tantum ipse dicit, 10 imprudentem se aliquid vidisse, quod videre non debuisse, eoque Augustum vehementer offensum primum acerbissimis verbis ea increpuisse, deinde poenam exilii sibi influisse; sed quum nullum scelus commiserit, sperare se, fore, ut aliquando lenita 15 principis ira in patriam redire sibi licet. Haec tamen spes cum fecellit; quum enim Tomos, in urbem in sinistro Ponti Euxini litore positam, pervenisset, in hac inhospitali regione, que vicinorum barbarorum incursionibus semper infestabatur, a 20

dilectissima conjugi carissimisque amicis divulsa reliquam vitam traxit. Quid mirum est, hominem mitiore Italie celo, luxuriosa urbis vita, docta denique et humana consuetudine aseverfactum fortunam suam ægerrime tulisse? Itaque in epistolis poetis, quas per hos annos Romanum misit et edendas curavit, semper miseram sortem suam deplorat et cum amicis, quorum nominibus inscriptæ sunt, agit, ut precibus suis veniam sibi ab Augusto impetraret, ut, si non Romam redire, at saltem in mitius exilium se migrare sinat. Jam tum fuerant, quos assiduarum poeta querellarum fædereret, quicque hoc nomine¹⁾ illa carmina reprehenderent; a quorum vituperatione se ipse his fere verbis defendit. „Audio“, inquit, „carmina mea quibusdam displicere, quod in iis semper eadem sit sententia: nihil me loqui, nisi quam multis incommodis periculisque undique cingar; nihil me rogara, nisi ut loco ab Roma propiore habitem. Yellem, nihil aliud in iis reprehendi posset; nam hoc quidem vitio nihil magis excusabile est. Dum lœtus eram, lœta cecini; nunc, quum tristis sum, tristia cano; utrumque tempori suo convenit. Quid aliud scribam? quid aliud precer? quum totiens eadem dicam, tamen verba mea nihil proficiunt. An unus tantum amicorum mihi rogandus erat, ne bis eundem sensum lector reperiret? Ignoscite mihi! ingenuus confiteor, carminum famam viliorem mihi salute mea esse.“

¹⁾ *nomen* = „Grand, Anleitung“.

PARTICULA VII.

II. ¶

Seneca Lucilio suo salutem.

Quocumque rite verti, argumenta senectutis meæ video. Veneram in suburbanum menum et querebax de impensis ædificii diligenter; ait villicus mihi non esse negligenter sue vitium; omnia se faceret, sed villam veterem esse. Hæc villa inter manus meas crevit; quid mihi futurum est, si jam putria sunt etatis meæ saxa? Iratus illi proximam occasionem stomachandi arripio. „Apparet²⁾ inquam „has plantas neglegi; nullas habent frondes; quam nudos sint et retrorsi rami, quam triges et squalidi trunci! Hoc non accideret, si quis has circumfoderet, si irrigaret.“ Jurat per genium meum se omnia facere, in nulla re cessare curam³⁾ suam, sed illas vultulas esse. Quod intra nos sit⁴⁾: ego illas posueram, ego illarum primum videram folium. — Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea, quocumque advertebam, apparet. Complectamur⁵⁾ illam et amamus; plena voluptatis est, si illa scias uti. Gratissima sunt pomæ, quum fugient; pueritiae maximæ in exitu decor est; deditos vino potio extrema maxime detinet, illa, quæ mergit, quæ ebrietati summam manum imponit: quod in se jucundissimum omnis voluptas habet, in finem sui differt. Jucundissima est setas deveyra jam, non tamen præceps⁶⁾, et illam quoque velut in extrœma tegula stantem judico habere anas voluptates; aut hoc ipsum succedit in locum volup-

tatum, nullis egere. Quam dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse¹⁾! (Seneca.)

¹⁾ cessat caro — „det mangler paa Omhu“. — ²⁾ „Lad dette blive mellem os to“. — ³⁾ se *Iux. complector*, 2. b. — ⁴⁾ „stasende for Falz“. — ⁵⁾ „ut have løbet dem træt og lader dem bugved sig“.

III.

Omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, anteponendus est Mithridates, rex Ponti; quem L. Sulla cum bello invectum totam in Asiam cum pace dimisit; quem L. Murena vehementissime vigilans repressum¹⁾ magna ex parte; non oppressum reliquit; qui rex, sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes²⁾ et copias belli, tantum spe conutuque valuit³⁾; ut se Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum suis conjuncturum putaret. Ad quod bellum duobus consulibus⁴⁾ ita missis, ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur, alterius res. et terra et mari calamitosae vehementer et opes regis et nomen auxerunt; L. Luculli vero res tanto exstiterunt, ut neque majus bellum commemorari posset neque maiore consilio et virtute gestum. Nam quum totius impetus belli ad Cyzicenorum munia constitisset⁵⁾, eamque urbem sibi Mithridates Asiae januam fore putasset, qua effracta et revulsa tota pateret provincia, perfecta ab Lucullo haec sunt omni vi, ut et urbs fidelissimorum sociorum defendetur et omnes copiae regis diuturnitate obsecionis consumerentur. Neque illa pugna navalis ad Tenedum, quum contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italianam spe atque animis inflata petret, mediocri certamine commissa est. Mitto prælia, præstereo oppugnationes oppidorum,

Expulsus regno tandem aliquando tantum tamen consilio atque auctoritate valuit¹⁾, ut sibi rege Armeniorum adjuncto novis opibus copiisque bellum renovarit. (Cicero.)

¹⁾ „nevælkhet“. — ²⁾ „Foranstaltninger“. — ³⁾ „blev ses stærk i sine Forhæbninger og sin Føretagsomhed“. — ⁴⁾ M. Aurelius Cotta og L. Licinius Lucullus. Aar 74. — ⁵⁾ „med den Bestemmelse“. — ⁶⁾ „havde samlet sig“. — ⁷⁾ „kunde udrette“.

IV.

Is demum dicit apte¹⁾, qui non solum, quid dici expedit, sed etiam quid deceat, inspicerit. Nec me fugit plerunque haec esse conjuncta: nam quod decet, fere prodest; aliquando tamen et haec discentiunt, quoniam autem pugnabunt, ipsam²⁾ utilitatem vincet quod decet. Nam quis nescit nihil magis profuturum ad absolutionem Socrati fuisse, quam si oratione sumissa conciliasset judicum animos sibi crimenque ipsum sollicite redarguisse? Verum id enim minime decebat, ideoque sic egit, ut qui poenam suum honoribus summis esset aestimatus³⁾. Maluit enim vir sapientissimus, quod supercesset ex vita, sibi pereire, quam quod praeterisset; et quando ab hominibus sui temporis parum intellegebatur, posterorum se judiciis reservavit, brevi detimento jam ultima senectatis ævum⁴⁾ saeculorum omnium consecutus. Itaque quamvis Lysias, qui tam in dicendo præstantissimus habebatur, defensionem illi scriptam obtulisset, uti ea noluit, quum bonam illam quidem, sed parum sibi convenientem judicavisset. Quo vel sole patet non persuadendi⁵⁾, sed bene⁶⁾ dicendi finem oratori servandum, quum interim persuadere deforme sit. Non sicut hoc utile absolutioni, sed,

quod est majus, homini fuit. Et nos secundum coni-
25 munem potius loquendi consuetudinem quam ipsam
veritatis regulam divisione hac utimur, ut ab eo,
quod deceat, utilitatem separemus: nisi forte¹⁾ prior
ille Africanus, qui patria cedere quam cum tribuno
plebis humillimo contendere de innocentia sua maluit,
30 inutiliter sibi videtur consuluisse, aut P. Rutilius²⁾,
vel quem illo pene Socratis genere defensionis est
usus, vel quem revocante eum L. Sulla manere in
exilio maluit, quid sibi maxime conduceret, nesciebat.
Hi vero parva illa, quo abjectissimus quisque animus
35 utilia credit, si eam virtute conferantur, despiciendu-
m judicaverunt, ideoque perpetua saeculorum admira-
tiones celebrantur. Neque nos simus tam humiles,
ut, quo tandemus, inutilia credamus. Sed hoc quale-
cumque³⁾ discriminus raro admodum eveniet; idem
40 fere, ut dixi, in omni genere causarum et proderit
et decebit. (*Quintilianus.*)

1) „som det bor sig“ (etter de forskellige Omstændig-
heder Krav). — 2) „den blotte“. — 3) „som deu, der agtede
at forestaa sig tildrant & h. som Straf“. — 4) „et evigt Liv“. —
5) d. v. s. „bringe Tillererne over paas sin Side“. —
6) honeste. — 7) nisi forte, egl. „medmindre masske“ (om noget
uautageligt); derfor — „thi der er dog vel ingen, der vil
menne, at“. — 8) Han havde som Provinshestryer i Asien mod-
sat sig Skatteforpagternes Udsangsel og blev derfor falakelig
anklaget af dem og dømtidt af Bidderne, som da var Dom-
mere; han gik i Landflygtighed til Smyrna, og Sulla segte
forgives af faa ham til at vendte hjem igen; han ville ikke
se hans Voldsherredamme. — 9) qualecumque = „hvad man
nu end vil dømme om den“.

V.

Gloria umbra virtutis est; etiam invitam comi-
tabitur. Sed quemadmodum umbra aliquando antecedit,
aliquando a tergo est, ita gloria aliquando

ante nos est visendumque se prebet, aliquando in
averso est, majorque, quo senior, ubi invidia succedit. 6
Quam diu videbatur furere Democritus! Vix recepit
Socraten famam¹⁾. Quam diu Catonem²⁾ civitas ignorau-
vit! respexit, nec intellexit, nisi quem perdidit. Ru-
tilii³⁾ innocentia ac virtus laterat, nisi accepisset ini-
juriam; dum violatur, effulsit. Numquid non sorti 10
sue gratias egit et exilium suum complexus est⁴⁾?
De his loquor, quos illustravit fortuna, dum vexat;
quam multorum profectus⁵⁾ in notitiam evasere post
ipsos! quam multos fama⁶⁾ non excipit, sed eruit!⁷⁾
Vides, Epicurum quanto opere non tantum eruditiores, 15
sed hec quoque imperitorum turba miretur; hic
ignotus ipsis Athenis fuit, circa quas delituerat.
Multis itaque jam annis Metrodoro suo superstes in
quadam epistola, quam amicitiam suam et Metrodori
gratu commemoratione coenisset, hoc novissime ad- 20
jecit, nihil sibi et Metrodoro inter bona tanta no-
cuisse, quod ipsos illa nobilis Grecia non ignotos
solum habuisset, sed pene inauditos. Numquid ergo
non postea, quam esse desiderat, inventus est? num-
quid non opinio⁸⁾ ejus enuit? Hoc Metrodorus quo- 25
que in quadam epistola confiteatur, se et Epicurum
non satis enotuisse, sed post se et Epicurum eos
magnum paratumque⁹⁾ nomen habituros, qui volnisi-
sent per eadem ire vestigia. Nulla virtus latebit, et
latuisse non ipsius est damnum; veniet, qui conditam 30
et saeculi sui malignitate¹⁰⁾ compressam dies publicet.
Pancis natus est, qui populum etatis suo cogitat;
multa annorum milia, multa populorum supervenient;
ad illa respice: etiam si omnibus tecum viventibus
silentium livor indixerit, venient, qui sine offensa, 35
sine gratia judicent. Si quod est pretium virtutis
ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil per-

tinebit¹¹⁾ posterorum sermo; tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit¹²⁾. (Seneca.)

¹¹⁾ Vix r. S. fama — „S. kom knap nok i Folkemunde“. — ¹²⁾ den yngre Cato. — ¹¹⁾ se Part. VII, 4, Ann. 8. — ¹¹⁾ se Lex. complector, 2, b. — ¹¹⁾ „Fremskridt i Viðdom“; — ¹¹⁾ „Eftersmalet“. — ¹¹⁾ „dræget frem af deres Grav“. — ¹¹⁾ „Ry“. — ¹¹⁾ „paradum“ = „strukta anerkendt“; — ¹¹⁾ „karrig Anerkendelse“. — ¹¹⁾ „vi vil ikke kunne fornemme noget til“, — ¹¹⁾ „latter og atter mindes“.

VI.

Seneca Læcilio suo salutem.

Exspecto epistulas tuas, quibus mihi indices, circuitus Sicilie totius quid tibi novi ostenderit, et omnia de ista Charybdi certiora¹⁾. Nam Seyllam saxum esse et quidem non terribile nautantibus optime scio; Charybdis an respondeat fabulis, perscribi mihi desidero. Et si forte observaveris (dignum est autem, quod observes), fac nos certiores, utrum uno tantum vento agatur in vertices, an omnis tempestas aequa mare illud contorqueat²⁾, et an verum sit, quidquid illo frsti turbine abrepium sit, per multa milia trahi conditum et circa Tauromenitanum *Sicilia* *pelagi* litus emergere. Si haec mihi perscriperis, tunc tibi audebo mandare, ut in honorem meum³⁾ Adnam quoque ascendas; quam consumi et sensim subsidere ex hoc colligunt quidam, quod aliquando longius nautantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo descendit⁴⁾, sed quia ignis evanuit et minus vehemens ac largus effertur, ob eandem causam fumo quoque per diem segnire⁵⁾. Nontrum autem incredibile est, nec montem, qui devoretur quotidie, minui, nec ignem non manere eundem, quia non ipsum⁶⁾ exeat, sed in aliqua in-

ferna yalle conceptus exstuant et aliis paucitur, in ¹¹⁾ ipso monte non alimentum habet, sed viam. / Ita in Lycia regio notissima est (Hephæstion incolæ vocant), ²⁵ foratum pluribus locis solum, quod sine ullo nascientium⁷⁾ damno ignis circumfit⁸⁾; lœta itaque regio est et herbida, nihil flammis adurentibus, sed tantum vi remissa ac langvida refulgentibus. Sed reservenus ista, tunc quassatur, quum tu mihi scriperis, quantum ab ipso ore montis nives absint, quas ne astas quidem solvit; adeo tute sunt⁹⁾ ab igne vicino. (Seneca.)

¹⁾ et omnia de . . certiora — „og særligt sikre Oplysninger om alt angaaende . .“ — ²⁾ „drejer rundt i en Mælstrom“. — ³⁾ „for min Skyld“, — ⁴⁾ „lager af, senker sig“. — ⁵⁾ „mindre sterk“. — ⁶⁾ se montem, — ⁷⁾ „Vegetationen dør“. — ⁸⁾ quod . . circumfit = „rundt omkring på hvilkon der fremblæsser“. — ⁹⁾ „saa langt er det fra, at den skades“.

os montis herre

VII.

Cn. Piso fuit memoria nostra, vir a multis vitiis integer, sed præceps et cui placebat pro constantia rigor¹⁾. Is quum iratus duci²⁾ jussisset militem, qui ex commatu sine commilitone redierat, quasi³⁾ interficiisset, quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit. Damnatus extra vallum productus est et jam cervicem porrigit, quin subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio præpositus condere gladium speculatorum jubet, damnatum ad Pisones redditurus Pisoni innocentiam; nam militi fortuna reddiderat. Logenti concursu deducuntur complexi alter alterum cum magno gaudio castrorum commilitones. Conscendit tribunal furens Piso ac jubet duci atrumque, et eum militem, qui non occiderat, et 15

eum, qui non perierat. Quid hoc indignius? quia unus innocens apparuerat, duo peribant! Piso adiecit et tertium; nam ipsum centurionem, qui damnatum reduxerat, duos jussit. Constituti sunt in eodem loco 20 perituri tres ob unius innocentiam. O quam sollers est iracundia ad fingendas causas⁴⁾ furoris! „Te” inquit „duci jubeo, quis damnatus es; te, quia causa damnationis commilitoni fuisti; te, quia jesus occidere imperatori non parvisti.” Excongitavit, quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum invenerat. Habet, inquam, iracundia hoc mali: non vult regi. Irascitur veritati ipsi, si contra voluntatem suam apparuit. (Seneca.)

⁴⁾ rigor — „Stivindelbed”; pro const. — quasi const. esset. — ⁵⁾ ec. ad supplicium. — ⁶⁾ „idet det antages, at”. — ⁷⁾ „Pra-skud”.

VIII.

Ad amicitiam fert sapientem nulla utilitas sua¹⁾, sed naturalis irritatio²⁾; nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitia. Quomodo solitudinis odium est et adpetitio societatis, quoniam hominem s homini natura conciliat, sic inest hic quoque ei³⁾ stimulus, qui nos amicitarum adpetentes faciat. Nihilo minus, quum sit amicorum amantissimus, quum illos sibi comparet, sape preferat, omne intra se bonum suum terminabit⁴⁾ et dicet, quod Stilbon⁵⁾ ille dixit. 10 Hic enim, capta patria, amissa liberis, amissa uxore, quum ex incendio publico⁶⁾ solus et tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab excidio urbium Poliorcetes fuit, numquid perdidisset, „Omnia” inquit „bona mea mecum sunt”. Ecce vir 15 fortis ac strenuus! ipsam hostis sui victoriam vicit. „Nihil” inquit „perdidi”; dubitare illum coegit, an

viesset. „Omnia bona mea mecum sunt”, id est justitia, virtus, prudentia, temperantia, hoc ipsum, nihil bonum pulare, quod eripi possit. Miramur animalia quedam, quae per medios ignes sine noxa corporum transirent; quanto hic mirabilior vir, qui per ferrum et ruinas et ignes illas et indennus evasit! Vides, quanto facilis sit totam gentem quam unum virum vincere. Haec vox illi communis est cum Stoico: neque et hic intacta bona per concrematas urbes fert; se enim ipso contentus est, hoc felicitatem suam fine designat. (Seneca.)

¹⁾ „Hensyn til egen Fordel”. — ²⁾ „Drift”. — ³⁾ ei — hominis natura. — ⁴⁾ intra se terminabit = „betragle sum liggende lidet for hans eget Væsen Græsner”. — ⁵⁾ en Filosof af den megariske Skole, hjemmehørende i selve Megara. — ⁶⁾ — communis.

IX.

Latronis Porci, carissimi mihi sodalis, memoriae sepe soleo retractare¹⁾ et a prima pueritia usque ad ultimum ejus diem perductam familiarem amicitiam cum voluptate maxima repetore. Nihil illo viro gravius, nihil evavius, nihil eloquentia dignius. 5 Nemo plus ingenio suo imperavit, nemo plus indulxit²⁾; in utramque partem vehementi viro modus decret: nec intermittere studia sciebat nec repetera. Quum se ad scribendum concitaverat, jungebantur noctibus dies, et sine intervallo gravius sibi instabat³⁾ nec desinebat, nisi deficerat; rursus quum se remiserat⁴⁾, in omnes lusus, in omnes jocos se resolvebat⁵⁾. Quum vero se silvis montibusque tradicerat, in silvis ac montibus natos omnes ille agrestis laboris patientia et venandi sollertia provocabat, et in tantam peruenisbat sic vivendi cupiditatem, ut vix posset ad

priorum consuetudinem retrahi; ut quum sibi injecerat manum et se blandienti nlio abduxerat, tantis viribus incumbebat in studium, ut non tantam nihil perdidisse, sed multum adquisisse desidia videbretur. Omnibus quidem prodest subinde animum relaxare; excitatur enim otio vigor, et omnis tristitia¹⁾, qua continuatione pertinacis studii adducitur²⁾, feriarum hilaritate disontitur; nulli tamen intermissione manu festina proderat. Quotiens ex intervallo prodierat³⁾, multo aerius violentiusque dicebat; exultabat enim animo novato atque integro labore, et tantam a se exprimebat, quantum concupierat. Memoria ei natura quidem felix, plurimum tamen arte adjuta. Numquam illi, que diurna erat, ediscendi causa relegebat; edidicerat illa, quum scripserat; quod eo magis in illo mirabile videri potest, quod non lenio et anxie, sed eodem psene, quo dicebat, impetu scribepat. Illi, qui scripta sua torquent⁴⁾, qui de singulis verbis in consilium eunt, necesse est, quae totiens animo suo admovent, novissime adfigant; at quorundamque stilus valox est, tardior memoria est. In illo tamen nou tantum naturalis memorie felicitas erat, sed ars summa¹⁰⁾ et ad comprehendenda, quae tenere debebat, et ad custodienda, adeo ut omnes declamationes suas, quascumque dixerat, teneret etiam. Itaque supervacuos sibi fecerat codices; ajebat se in animo scribere; cogitata dicebat ita, ut in nullo umquam verbo cum memoria deoperit. Historiarum omnium summa notitia; jubebat aliquem nominari ducem, et statim ejus acta cursu¹¹⁾ reddebat; adeo, quascumque semel in animum ejus descendederant, in promptu erant. (Seneca Rhetor.)

1) „sysle med“. P. L. var en berømt Rhetor i Rom; han var fra Spanien ligesom Seneca. Rhetor selv. — 2) „unde

Hvile“. — 3) „drive pas“. — 4) „tage sig Hvile“. — 5) „hen-gav sig fuldstændig“. — 6) „Gnayenhed“. — 7) „upsamler sig hos en“. — 8) se ad diesndum. — 9) „lægger deres skriftlige Udarbejdelse på Pinebænk“ — 10) ars summa (sc. memoria) = „hans Hukommelse var også med den største Kunst udviklet til“. — 11) „i fyldende Foredrag“.

XL

Alexander Dareo imminens, quem nondum Eu-phraten superasse cognoverat, undique omnes copias contrahit totis viribus tanti belli discrimen¹⁾ aditurus. Phrygia erat, per quam ducebatur exercitus, pluribus viis quam urbibus frequens. Tunc²⁾ habebat nobilem³⁾ quondam Midse regiam; Gordium nomen est urbi, quam Sangarius amnis praeterfluit, pari intervallo Pontico et Cilicio mari distantem. Alexander urbo in dicionem suam redacta Jovis templum intrat. Vehiculum, que Gordium, Midæ patrem, vocum esse¹⁰⁾ constabat, aspergit, cultu haud sane a vilioribus vulgarisque usu abhorrens; notabile erat jugum adstrictum compluribus nodis in semel ipsos implicatis et celantibus nexus. Incolis deinde adfirmantibus editum esse oraculo sortem, Asie politurum, qui in explicabile vinculum solvisset, cupido incessu animo sortis ejus explendas. Circa regem erat et Phrygium turba et Macedonum, illa exspectatione suspensa, haec sollicita ex temeraria regis fiducia; quippe serie vinculorum⁴⁾ ita adstricta, ut, unde nexus inciperet²⁰⁾ quove se conderet, nec ratione nec visu perspici posset, solvere adgressus injecerat curam ei, ne in omen verteretur irritum inceptum⁵⁾. Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis: „Nil“ inquit „interest, quo modo solvantur“, gladioque ruptis

omnibus loris oraculi sortem vel elusit³⁾ vel implovit. (*Curtius*.)

— „den Kamp, der skulle hidføre Afgerelsen på“ —
— Senere han borte nemlig Gordium ikke til Phrygien, men til Galutien. — ²⁾ *series visuolorum* — „de forskellige Romere“. — ³⁾ „si irritum fuisse et inceptum. — ⁴⁾ „omgik“.

XII.

L. Annæus Seneca in epistula quadam de admiratione pecuniae et divitiarum vitam humanam perturbante sic queritur: „Ex quo pecunia in honore esse coepit, verus rerum honor cecidit¹⁾, mercatoresque et venales in vicem facti²⁾ querimus, non quale sit quidque, sed quanti; ad mercedem pii sumus, ad mercedem impii, et honesta, quanto diu aliqua illis spes³⁾ inest, sequimur, in contrarium transitari, si plus sceleris promittunt. Admirationem nobis parentes 10 auri argenteique fecerunt, et teneris infusa cupiditas altius sedet crevitque nobiscum. Deinde totus populus, in alia discors, in hoc convenit; hoc suspiciunt, hoc suis optant, hoc dis velut rerum humanarum maximum, quum grati videri volunt, consecrant; 16 denique eo mores⁴⁾ redacti sunt, ut pauperes maledicto probroquo sit, contempta divitiis, invisa pauperibus. Accedunt deinde carmine poctarum, que adfectibus nostris faciem subdant, quibus divitiis velut unicum vita decus ornamentumque laudantur; nihil 20 illis melius nec dare videntur di immortales posse nec habere. Itaque splendidissime se deorum majestatem poetæ extulisse putant, si sic de iis narraverint, quemadmodum Ovidius in *Phæthonis fabula Solis domum* describit:

— „Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro.“

Denique, quod optimum videri volunt saeculum, aureum appellant. Nec apud Grecos tragicos desunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutant⁵⁾, ut ille, qui dicit: „Sine me vocari pessimum, 20 ut dives vocer.“

— „er den rette Værdenselske n^t Tingene gaaet tabt“ —
— „idet vi vekselvis kørte hinanden eller smøge os til hiphanden“ — ²⁾ „Udsigt til Vinding“ — ³⁾ „vor Moral“ —
— „ælge“.

XIII.

Anno u. o. DLXXXIV A. Hostilio A. Attilio consulibus multarum simul Graecie Asiaque civitatum legationes Romanam convenerunt. Ex his Chalcedonum legatio ipso¹⁾ introita omnes movit, quod Miophion princeps legatorum pedibus captus lectica est introlatus; ultimæ necessitatis exemplo visa res est, in qua ita affecto excusatio valetudinis aut ne ipsi quidem petenda visa foret ant data petenti non esset. Quum sibi nihil vivi reliquum preterquam lingvam ad deplorandas patrise suæ calamitates 10 praefalus esset, exposuit civitatis primum susu bono facta²⁾ et vetera et ea, quæ Persei bello prestitis sent ducibus exercitibusque Romanis; tum, quæ primo C. Lucretius in populares suos prætor Romanus superbe, avare, crudeliter fecisset; deinde, quæ tum 15 quum maxime L. Hortensius faceret. Quemadmodum omnia sibi, etiam iis, quæ patientur, tristiora, patientia esse ducent potius, quam fido decadent, sic; quod ad Lucretium Hortensiumque attineret, scire, tamen fuisse claudere portas quæ in urbem eos accipere. Qui exclusissent eos, incolimes esse; apud se tempora omnibus ornamenti compilata, spoliaque sacrilegii C. Lucretium navibus Antium devexisse; libera cor-

- pora in servitatem abrepta, fortunas sociorum populi
25 Romani direptas esse et quotidiane diripi. Nam ex
instituto³⁾ C. Lucretii L. Hortensium quoque in tectis
hieme pariter atque estate navales socios habore,
et domos suas plenas turba nautica esse; versari
inter se, conjuges liberosque suos, quibus nihil neque
30 dicere pensi⁴⁾ sit neque facere.

Accersere in senatum Lucerstium placuit, ut
disceperaret coram purgaretque sese. Ceterum multo
plura⁵⁾ præsens audivit, quam in absentem jacla
erant; et graviores potentioresque accesserent accusa-
35 tores duo tribuni plebis, M'. Juventius Thulna et
Cn. Aufidius. Hi non in senatu modo eum lacerarent,
sed in contionem etiam pertracto multis objectis
probris diem dixerunt. Senatus jussu Chaleidensibus
Q. Mænius præstor respondit: Quæ bene meritos
40 sese et ante et in eo bello, quod geratur, de populo
Romano dicant, ea et scire vera eos referre senatum,
et perinde, ac debeant, grata esse. Quæ facta a C.
Lucretio fierique ab L. Hortensio prætoribus Romanis
querantur, ea neque facta neque fieri voluntate
45 senatus quem non posse existimare, qui sciat bellum
Persei et ante Philippo, patri ejus, intulisse populum
Romanum pro libertate Græciae, non ut ea a magi-
stratibus suis socii atque amici patarentur? Litteras
se ad L. Hortensium prætorem datus esse, quo
50 Chaleidenses querantur acta, ea senati non placere;
si qui in servitatem liberi venissent, ut eos con-
quendos primo quoque tempore restituendosque in
libertatem curaret; sociorum navalium neminem
præter magistros in hospitia⁶⁾ deduci eorum censere.
55 Hoc Hortensio jussu senatus scripta. Minera binum
milium seris⁷⁾ legatis missa et vehicula Micythioni
publice locata, quæ cum Brundisium commode per-

veharent. C. Lucretium, ubi dies, quæ dicta erat,
venit, tribuni ad populum accusarunt multaque
decies centum milium seris dixerunt. Comitiis habitis 60
omnes quinque et triginta tribus cum condemnarunt.

(Livi.)

¹⁾ „blot“. — ²⁾ bene fonte — „Tjonester“. — ³⁾ se Part.
IV, xii, 1. — ⁴⁾ se Lex. pendo. 1 b. („som ikke betænker sig
paa, under sig ved“). — ⁵⁾ „flere ende Ord“. — ⁶⁾ in højs.
deduci — „ledkvarteres“. — ⁷⁾ — sesterterum.

XIV.

Omnes Germanico corporis animique virtutes, et
quantas nemini cuiquam, contigisse satis constat:
formam et fortitudinem egregiam, ingenium in vitro-
que eloquentiae doctrinæque generis¹⁾ præcavens,
benevolentiam singularem conciliandæque hominum 5
gratia ac promerendi amoris miram et efficax stadium.
Formæ minus congruebat gracilites crurum, sed ea
quoque pauplatim repleta adsidua equi vectatione post
cibum. Hostem communis sepe percensit. Oravit
causas etiam triumphalis²⁾, atque inter cetera studi- 10
orum monumenta reliquit et comedias Græcas. Domi
forisque civilis, libera ac foederata oppida sine li-
ctoribus adibat. Sicubi clarorum virorum sepulcræ
cognosceret, inferias Manibus dabat. Cæsorum clade
Variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo 15
humaturus colligere sua manu et comportare primus
adgressus est. Obtrectatoribus etiam, qualecumque
et quacumque de causa nanctus osset, lenis adeo
et innoxius³⁾, ut Pisoni⁴⁾ decreta sua rescidenti,
clientelas divexanti non prius suscensere in animum 20
induxerit, quam beneficis quoque et devotionibus
impugnare se comparisset; ac ne tunc quidem ultra
progressus, quam ut amicitiam ei more majorum

renuntiaret mandaretque domesticis ultiōem, si quid
25 sibi accideret. Quarum virtutum fructum uberrimum
tulit, sic probatus et dilectus a suis, ut Augustus
(omittit enim necessitudines reliquas) diu cunctatus,
an sibi successorem eum destinaret, adoptandum
Tiberio dederit; sic virgo favorabilis, ut plurimi
30 tradant, quotiens aliquo adveniret vel sicunde disce-
deret, prae turba occurrentium prosequentiumve non-
numquam eum discrimen vite adisse; et Germania
vero post compressam seditionem³⁾ revertenti p̄se-
torianas cohortes universas prodiisse obviam, quamvis
35 pronuntiatum esset, ut duae tantummodo exirent,
populi autem Romani sexum, etatem, ordinem om-
nem usque ad vicesimum lapidem effudisse sc. Tamen
longe majora et firmiora de eo iudicia⁴⁾ in morte
ac post mortem existiterunt. Romae quam ad primam
40 famam valetudinis attonita et meesta civitas sequen-
tes nuntios opponretur, et repente jam vesperi in-
suctis auctoribus convalescere tandem percrebrūisset,
passim cum luminibus et victimis in Capitolium con-
cursum est, ac paene revulsa templi fores, ne quid
45 gestientes vota reddere morarctar. Expergfactus e
sonno Tiberius gratulantium vocibus atque undique
concinantium: „Salva Roma, salva patria, salvus est
Germanicus!“ Et ut demum fato functum palam-
factum est, non solae illis, non edictis inhiberi
50 luctus publicus potuit duravitque etiam per festos
Decembbris mensis dies⁵⁾. Auxit gloriam desiderium-
que defuncti et atrocitas insequentium temporum,
cunctis nec temere opinantibus reverentia ejus ac
metu repressam Tiberii servitiam, qua mox eruperit.
(Suetonius.)

³⁾ in utroque . . . genere — et in Graeca et in Latina elo-
quentia doctrinaque. — ⁵⁾ Sive almindelige consulaire plejde

paa den Tid ikke mere at gøre dette. — ¹⁾ „utilbejelig til at
skade dem“. — ²⁾ Om Piso se Part. IV, 1. — ³⁾ i Høgtydelsen
af Tiberius's Regering, idet de romerske Legioner ikke vilde
have ham til Kejser. — ⁴⁾ „Anerkendelse“. — ⁵⁾ Saturnalfesten,
som ellers var en lystig Fest.

XV.

Caratacus, Britannorum dux, victus a Romanis
quum fidem Cartimanduse, regine Brigantum, peti-
visset, vincetus ac victoribus traditus est, nono post
anno quam bellum in Britannia⁶⁾ ceptum. Unde
fama ejus erecta insulam et proximas provincias 5
pervagata per Italiam quoque celebrabatur; avebant-
que visere, quis ille tot per annos opes nostras spre-
visset. Ne Romæ quidem ignobile Carataci nomen
erat; et Claudius Cæsar, dum suum decus extollit,
addidit gloriam victo. Vocatus quippe ut ad insigne 10
spectaculum populus; stetere in armis praetoriae co-
hortes campo, qui castra presjacet. Tum incidentibus
ragiis clientelis phaleris, torques, quæque bellis ex-
ternis quassiverat, traducta; mox fratres et conjux et
filia, postremo ipse ostentatus. Celerorum preces 15
degeneres fuere ex metu; at non Caratacus aut vultu
demissus aut verbis misericordiam requirens, ubi
tribunali adstitit, in hunc modum locutus est: „Si,
quanta nobilitas et fortuna mihi fuit, tanta rerum
prosperarum moderatio fuisset, amicis potius in hanc 20
urbem quam ceptus venissem, neque dignatus
esses claris majoribus ortum, pluribus gentibus im-
peritatem, fecdere in pacem accipere. Præsens sors
mea, ut mihi informis, sic tibi magnifica est. Habui
equos, viros, armis, opes; quid mirum, si haec invitus 25
amisi? Nam, si vos omnibus imperitare vultis, se-
quitur; ut omnes servitutem accipient? Si statim

deditus²⁾ traheret, neque mea fortuna neque tua gloria inclinarisset, et supplicium mei obliuio seque-²⁰retur; at si incolumem servaveris, aeternum exemplar clementiae ero.⁴⁾ Ad ea Claudius veniam ipsique et filiis et conjugi et fratribus tribuit. (*Tacitus.*)

²⁾ et Oprer under Kejsor Claudius, 43-51 efter Chr.
— ³⁾ „som en, der straks (uden Modstand) havde underkastet sig“.

XVI.

Alexander a Memphi Nilo vectus ad interiora Aegypti penetrat, compositisque rebus ita, ut nihil ex patrio Aegyptiorum more mutaret, adire Jovis Hammonis oraculum statuit. Iter expeditis quoque et paucis vix tolerabile ingrediendum erat; terra caeloque aquarium penuria est, steriles harense jacent, quas ubi vapor solis accendit, fervido solo exurente vestigia intolerabilis aestus existit; luctandumque est non solum cum ardore et siccitate regionis, sed etiam cum tenacissimo sabulo, quod prealtum et vestigio cedens aegre moluntur pedes. Haec Aegyptii vero majora⁵⁾ jactabant. Sed ingens cupidio animum stimulabat adeundi Jovem, quem generis sui auctorem haud contentus mortali fastigio aut credebat esse aut credi volebat. Ergo cum iis, quos duerec secum statuerat, secundo amne descendit ad Mareotin paludem. Ac primo quidem et sequente die tolerabilis labor visus, nondum tam vastis nudisque solitudinibus aditis, jam tamen sterili et emoriante terra. Sed ut aperuere se campi alto obruti sabulo, haud secus quam profundum aequor ingressi terram oculis requirebant; nulla arbor, nullum culti soli occurribat vestigium. Aqua etiam deficerat, quam utribus cameli vexerant, et in arido solo ac fervido sabulo.

nulla erat. Ad hoc sol omnia incenderat, sicque et adusta erant ora, quum repente, sive illud deorum manus sive casus fuit, obdicitae celo nubes condidere solem, ingens astra fatigatis, etiamsi aqua deficeret, auxilium. Enimvero ut largum quoque imbre excusserunt procellæ, pro se quisque excipere eum, quidam ob sitim impotentes sui ore quoque hianti captare coepirunt. Quatriduum per vastas solitudines absumptum est. Jamque haud procul oraculi sede aberant, quum complures corvi agmini occurrunt; tum modico volatu prima signa antecedentes modo humi residencebant, quum lentius agmen incederet, modo se pennis levabant ducentium iterque monstrantium ritu. Tandem ad sedem consecratam deo ventum est. Incredibile dictu, inter vastas solitudines sita undique ambientibus ramis, vix in densam umbram cadentes sole, contexta est, multique fontes dulibus aquis passim manantibus alunt sylvas. Caeli quoque mira temperies, verno tepori maxime similis, omnes anni partes pari salubritate perenrrit. Incolæ memoria, quos Hammonios vocant, dispersis migris habitant; medium nemus pro arce habent triplici muro circumdatum. Prima munitio tyranorum veterum regiam clausit; in proxima conjuges eorum cum liberis habitabant; hic quoque dei oraculum est; ultima munimenta satellitum armigerorumque sedes erant. Est et aliud Hammonis nemus; in medio habet fontem; Solis aquam vocant; sub lucis ortum tepida manat, medio die, cuius vehementissimus est calor, frigida eadem fuit, inclinato in vesperam calescit, media nocte fervida exaestuat, quoque nox proprius vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsum dies ortum adsveto tempore langvescat.

Regem proprius adeuntem maximus nutu e sacerdotibus filium appellat, hoc nomen illi parentem Jovem reddere adfirmans. Ille se vero et accipera ait et agnoscere, hamanæ sortis oblitus. Consuluit deinde, an totius orbis imperium fatis sibi destinatur; vatesque in adulacionem compositus terrarum omnium rectorem fore ostendit. Post hunc instituit querere, an omnes parentis sui interfectores poenas dedissent. Sacerdos parentem ejus negat ullius scelere posse violari, Philippi autem omnes luisse supplicia; adjecit invictum fore, donec excederet ad deos. Sacrificio deinde facto dona et sacerdotibus et deo data sunt, permisimusque amicis, ut ipsi quoque consulerent Jovem. Nihil amplius quiescierunt, quam an auctor esset sibi divinis honoribus colendi sum regem. Hoc quoque acceptum fore Jovi vates reponit. Vera et salubri aestimanti¹⁾ ratione fidem oraculi vanâ profecto responsa ei videri poinnissent; sed fortuna, quos uni sibi credere coegit, magna ex parte avidos glorie magis quam capaces facit. Jovis igitur filium se appellari non solum passus est, sed etiam jussit, rerumque gestarum famam, dum augere vult tali appellatione, corrupit. Et Macedones, adsveti quidem regio imperio, sed in majore libertatis umbra quam ceteri degentes, immortalitatem affectantem contumacius, quam ant ipsis ex pediebat aut regi, aversati sunt. (*Curtius*)

¹⁾ vera majora = „med star Overdriveless“. — ²⁾ = si aestimasset.

XVII.

De morte Ciceronis haec fere narravit T. Livius: „M. Cicero sub adventum triumvirorum urbe cesserat, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio

sc̄ cripi quam Octaviano Cassum et Brutum posse, et in villam Formianam, ut ab Cajeta navem con- 5 scensurus et in Macedonia trajecturus, prefectus erat. Unde aliquoties in altum proiectum, quem modo venti adversi rettulissent, modo ipse iactationem naves volvente fluctu pati non posset, tardiū tandem eum et fugio et vitæ cepit; regressusque ad villam, 10 quæ paulo plus mille passibus a mari aberat: „Moriar⁴ inquit „in patria sape servata“. Huic milites, quos Antonius ad interficiendum eum miserat, a. d. vii. Id. Decembres veniunt. Quos quum adpropinquare audivisset, maxime servorum snorum precibus coactus 15 imminentem mortem rursus fugiendo evitare conatus est; sed dum lectica per agros ad mare ferebatur, interfectores sum consecuti sunt. Satis constat servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam et quistos pati, 20 quod sors iniqua cogeret, jussisse. Tum prominenti ex lectica præbentique immortam cervicem caput præcissum est; nec id satis stolidæ militum crudelitati fuit, sed manus quoque, scripsisse aliquid in Antonium exprobrantes, præciderunt. Ita relatum caput ad 25 Antonium jussuque ejus inter duas manus in rostris positum est, ubi ille consul, ubi sape consularis, ubi eo ipso anno aduersus Antonium cum tanta admiratione eloquenter, quanta nulla umquam humana vox, auditus fuerat; vix attollentes lacrimis oculos umentes 30 intueri detruncata membra cives poterant. Vixit lxxii annos, ut, si vis afuisset, ne immatura quidem mors videri possit; ingenium et operibus et præmiis operum felix, ipsa fortuna diu prospere fuit. Sed in longo tenore felicitatis magnis interdum ictus 35 vulneribus (exilio, ruina partium, pro quibus steterat,

filiae amatoe exitu tristi atque acerbo), omnium aduersorum nihil, ut viro dignum erat, talit præter mortem, quæ vere astimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nihil crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunæ compos ipsæ victo fecisset. Alia quoque in eo vituperari possunt; si quis tamen virtutibus vitia compensarit, vir magnus ac memorabilis fuit et in cujus laudes exequendas 45 Cicerone laudatore opas fuerit.⁴⁾

Ut est candidissimus⁵⁾ omnium magnorum ingeniorum astimator T. Livius, plenissimum⁶⁾ Ciceroni testimonium reddidit; sed etiam Asinius Pollio, qui Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, 50 quamvis invitus idem fecit. „Hujus viri“ inquit „tot tautisque operibus mansuris in omne sevum prædicare de ingenio atque industria supervacaneum est. Natura autem atque fortuna pariter obsecuta est⁷⁾ ei, si quidem facies decora ad senectutem pro 55 speraque permanxit valetudo, tum pax dintina, cuius instructus erat artibus, contigit; in qua ad priscam severitatem iudiciis⁸⁾ exactis maxima reorum multitudo provenit, quos patrocino suo incolumes plerosque obstrictos habebat. Jam felicissima consulatus 60 ei sors petendi et gerendi magno consilio industriaque. Utinam moderatius secundas res et fortius adversus ferre potuisset! namque utraque quam evenerant ei, mutari eas non posse rebatur. Inde sunt invidis tempestates coortæ graves in eum certiorque inimicis 65 adgrediendi fiducia; maiore enim simultatec adpetebat⁹⁾ animo quam forcebat. Sed quando mortalium nulli virtus perfecta contigit, qua major pars vita atque ingenii stetit, ea¹⁰⁾ iudicandum de homine est. Atque ego ne miserandi quidem exitus eum

fuisse judicare, nisi ipse tam miseram mortem 70 patrasset.¹¹⁾ (Seneca Rhetor.)

⁴⁾ „volvillig“. — ⁵⁾ „faldtklingende“; om testimonium se Part. VI, xiv. 5. — ⁶⁾ obsequor = „være gunstig“. — ⁷⁾ „Retsplejen“. — ⁸⁾ „paadrage sig“. — ⁹⁾ qua . . stetit, ea = „efter den Retning, hvori . . har gaaet“.

PARTICULA VIII.

II.

Protagoram, virum in studiis doctrinarum egregium, cuius nomen Plato libro suo illi incluto¹²⁾ inscripsit, adolescentem ajunt victus querendi gratia in mercedem missum¹³⁾ vecturasque onerum corpore suo factitavisse¹⁴⁾. Is de proximo rure Abdera in oppidum, cuius civis fuit, caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Tum forte Democritus, civitatis ejusdem civis, homo ante alios virtutis et philosophie gratia venerandus, quum egredieretur extra urbem, videt eum cum illo genere 10 oneris tam impedito ac tam incohibili¹⁵⁾ facile atque expedite incedentem, et prope accedit et juncturam posituramque ligni scite pariteque factam considerat petitque, ut paululum adquiescat. Quod ubi Protagoras, ut erat petitum, fecit, alique ita Democritus 15 acervum illum caudicum brevi vinculo comprehensum ratione quadam quasi geometrica¹⁶⁾ librari continerique animadvertisit, interrogavit, quis id lignum ita composuisset; et quum ille a se compositum dixisset, desideravit, uti solveret ac denuo in modum eundem 20 collocaret. At postquam ille solvit ac similiter com-

posuit, tum Democritus animi sciem solletiamque hominis non docti demiratus: „Mi adulescens“, inquit, „quum ingenium bene faciendi habeas, sunt 26 majora melioraque, quo facere mecum possis“; abduxitque eum statim secundum habuit et sumptum¹⁾ ministravit et philosophias docuit et esse cum fecit, quantum postea fuit. (A. Gellius.)

¹⁾ Dialogen „Protogoras“. — ²⁾ in merc. milli — også på Dagleje. — ³⁾ vektorer . . fact. — „har arbejdet som Lastdrager“. — ⁴⁾ „uhundterlig“ (quod cohiberi via potest). — ⁵⁾ ratio geometrica = „matematisk Beregning“. — ⁶⁾ „de nadvendige Pengemidler“.

III.

Scitum est, quod inter Protogenen et Apellen, nobilissimos pictores, accidit. Ille Rhodi vivebat; quo quum Apelles adnavigasset, avidus cognoscendi opera ejus famam tantum sibi cognita continuo offi- 5 ciam petiit. Aberat ipse, sed tabulam ampliæ magnitudinis in machina¹⁾ aptatam picturæ una custodiebat annus. Hæc foris esse Protogenen respondit interrogavitque, a quo quæsitus diceret. „Ab hoc“ inquit Apelles, correptoque penicillo liniam ex ²⁾ 10 colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Et reverso Protogeni, quæ gesta erant, annus indicavit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem / dixisse, Apellen venisse, non cadere³⁾ in alium tam ⁴⁾ absolutum opus; ipsumque alio colore tenuorem 15 liniam in ipsa illa duxisse abeuntemque anni precepisse, si redisset ille, ostenderet adiceretque hunc esse, quem quæreret. Atque ita evenit. Revertit enim Apelles, et vinci⁴⁾ erubescens tertio colore linias secuit nullum relinquens amplius subtilitati 20 locum. At Protogenes victum se confessus in portum

devolavit hospitem querens; placuisse siè eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipuo miraculo. Consumptam eam incendio Augusti Cæsaris domus in Palatio audio, ubi antea spectabatur tanto spacio nihil aliud continens quam 25 tres linias visum effugientes, inter egregia malorum opera inani similis et eo ipso spectatores adliens omnique opere nobilior. Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo numquam tam occupatum diem agendi, ut non liniam ducento excreceret artem, quod ab eo in proverbium⁵⁾ venit. (Plinius maior.)

¹⁾ „Staffel“. Man malede dengang på tynde Trustaylor, ikke på Larred. — ²⁾ „med“. — ³⁾ endre egl. „passer til“; — „ingjen anden havde kunnen udlese“. — ⁴⁾ „at lade sig overvinde“. — ⁵⁾ nl.: nulla dies sine linea.

IV.

Crotoniates quondam, quum florarent omnibus copiis et in Italia cum primis beati numerarentur, templum Junonis, quod religiosissime colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt. Itaque Heracleotæ Zeuxin, qui tam longe ceteris excellere pictoriis bus existimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt¹⁾. Is et ceteras complures tabulas pinxit, quarum nonnulla pars usque ad nostram memoriam propter fani religiositatem remansit, et Helenæ pingere se simulacrum velle dixit; quod Crotoniates, qui 10 sum muliebri in corpore pingendo plurimum aliis praestare sepe acceperint, libenter audierant. Putaverunt enim, si, quæ in genere plurimum posset, in eo magno opere elaborasset, egregium sibi opus illo in fano relicturum. Neque eos illa opinio fecerit. 15 Nam Zeuxis illico quæsivit ab eis, quasnam virgines formosas haberent. Illi autem statim hominem de-

duxerunt in palæstram atque ei pueros ostenderunt multos, magna prædictis dignitate. Etenim quodam tempore Crotoniatis multum omnibus corporum viribus et dignitatibus antestebantur atque honestissimas ex gymnico certamine victorias domum cum laude maxima rettulerunt. Quum paucorum igitur formas et corpora magno hic opere miraretur, „Horum“ inquit illi „sorores sunt apud nos virgines; quare, qua sint ille dignitate, potes ex his suspicari.“ „Præbete igitur mihi, queso,“ inquit, „ex istis virginibus formosissimas, dum pingo id, quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simulacrum ex animali exemplo veritas²⁾ transferatur.“ Tum Crotoniatis publico de consilio virgines unam in locum conduxerunt et pictori, quas vellet, eligendi potestatem dederunt. Ille autem quinque delegit; quarum nomina multi poete memorie prodiderunt, quod ejus essent judicio probatae, qui pulchritudinis habere verissimum iudicium debuisset³⁾. Neque enim putavit omnia, quae quereret ad venustatem, uno se in corpore reperire posse, ideo quod nihil unum⁴⁾ omnibus ex partibus perfectum natura expolivit; quae, tamquam ceteris non sit habitura quod largiatur, si uni caneta concesserit, aliud alii commodi aliquo adjuncto incommodo muneratur. (Cicer.)

¹⁾ „tog han i deres Tjeneste“. — ²⁾ „den virkelige Skenhed“. — ³⁾ qui debuisset — „om hvem man kunde vesie, si han maatte . . .“ — ⁴⁾ „sakset Individ“.

VI.

C. Plinius Macrino suo S.

Hæri a senatu Vestricio Spurianno principe¹⁾ auctore triumphalis statua²⁾ decreta est, non ita ut multis, qui numquam in acie steterunt, numquam castra

viderunt, numquam denique tubarum sonum nisi in spectaculis audierunt, verum ut illis decernebatur, qui decus istud sudore et sanguine et factis adsequabantur. Nam Spurius Bructerum³⁾ regem vi et armis induxit in regnum, ostentatique bello fercissimam gentem, quod est pulcherrimum victoriae genus, terrore perdomuit. Et hoc quidem virtutis præmium, illud solacium doloris accepit, quod filio ejus Coccio, quem amisit absens, habitus est honor status. Harum id in juvene; sed pater hoc quoque merebatur, cuius gravissimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Præterea Coccius ipse tam clara specimen indolis dederat, ut vita ejus brevis et angusta debuerit hao velut immortalitatis proferri. Nam tanta ei sanctitas, gravitas, auctoritas etiam, ut posset senes illos provocare virtute, quibus nunc honore adsequatus est. Quo quidem bonore, quantum ego interpretor, non modo defuncti memoris ac dolori patris, verum etiam exemplo prospectum est. Accent ad bonas artes juventutem adolescentibus quoque, digni sint modo, tanta præmia constituta; accent principes viros ad liberos suscipiendos et gaudia ex superstitionibus et ex amissis tam gloria solacia. His ex eatus status Coccii publice⁴⁾ lator, nec privatim minus. Amavi consummatissimum juvenem tam ardenter, quam nunc impatienter requiro. Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem ejus subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere, preter hanc commeare. Etenim si defunctorum imagines domi positæ dolorem nostrum levant, quanto magis haec, quibus in celeberrimo loco⁵⁾ non modo species et vultus illorum, sed honor etiam et gloria refertur! Vale.

¹⁾ Kejser Trajanus. — ²⁾ en Erstatning for selve Triumfen, saan alene Kejseren kunde faa. — ³⁾ Genetiv. Bructeri var en

germansk Stammme ved Eme og Lippe; Stedet her viser os, at de havde forjaget deres rex, men at en Romerske under V. S. havde tvunget dem til igen at modtage ham. — ⁴⁾ „for Statens Skyld“. — ⁵⁾ formodentlig *in foro*.

VII.

C. Plinius Vestrice Spurinnae suo et Cocciae S.

Composuisse me quædam de filio vestro non dixi vobis, quum proxime apud vos fui, priuum quia non ideo scriperam, ut recitarem, sed ut meo amori, meo dolori satisfaccrem, deinde quis lo, Spurinna, ⁶ qnum audisses recitasse ¹⁾ me, ut mihi ipse dixisti, quid recitassem simul audisse credebam. Praeterea veritus sum, ne vos festis diebus confunderem ²⁾, si in memoriam gravissimi iuctus reduxissem. Nunc ^{et indeq; ror; long;} quoque paulisper hasitavi, id solum, quod recitavi, mitterem exigentibus³⁾ vobis, an adiecerem, quæ in aliud volumen cogito reservare. Neque enim affectibus meis uno libello carissimam mihi et sanctissimam memoriam prosequi ⁴⁾ satis est; cuius famo latius consuletur, si dispensata et digesta fuerit ⁵⁾.
 15 Verum hasitanti mihi, omnia, quæ jam composui, vobis exhiberem, an adhuc aliqua differrem, simplicius et amicius visum est omnia, præcipue quum affirmemis intra vos futura, donec placeat mihi omittere. ⁶⁾ Quid superest, rogo, ut pari simplicitate, si qua ⁷⁾ existimabitis addenda, commutanda, omittenda, indicetis mihi. Difficile est hoc usque intendere animum in dolore, difficile; sed tamen, ut sculptorem, ut pictorem, qui filii vestri imaginem扇eret, admoneretis, quid exprimera, quid emendare deberet, ⁸⁾ ita me quoque formate, regite, qui non fragilem et caducam, sed immortalem, ut vos putatis, effigiem

conor efficere; quo hoc diuturnior erit, quo verior, melior, absoluotior fuerit. Valete.

¹⁾ se Part. II, 12, Ann. **5** — ²⁾ „forsyffe edets Glæde“. — ³⁾ „hædre“. — ⁴⁾ „hvæs den fordeles og skildres i disse Partier“.

VIII.

Deus ille princeps rerum fabricatorque mundi nullo magis hominem separavit a ceteris, quo quidem ¹⁾ mortalia essent, animalibus quam dicendi facultate. Nam corpora quidem magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate præstantiora in illis ²⁾ mutis videmus, eademque minus egere adquisita extrinsecus opis: nam et ingredi citius et pasci et tranare aquas citra docentem natura ipsa sciunt, et plorare contra frigus ex suo corpore vestiuntur, et arma iis ingenita quædam, et ex obvio fore victimæ; ³⁾ circa quæ omnia multus hominibus labor est. Rationem igitur nobis præcipuam deus dedit, ejusque nos socios esse cum diis immortalibus voluit. Sed ipsa ratio neque tam nos juvaret neque tam esset in nobis manifesta, nisi, quæ concepissetis mente, ⁴⁾ promere etiam loquendo possemus; quod ⁵⁾ magis deesse ceteris animalibus quam intellectum et cogitationem quandam videmus. Nam et mollire cibilia et nidos texere et educare fetus, quin etiam reponere in hiemem alimenta operaqua quædam nobis inimitabilia, qualia sunt cerarum ac mellis, efficer non nullius fortasse rationis est; sed quia carent sermone, quo id faciunt, muta atque irrationalia vocantur. Denique homines, quibus negala vox est, quantulum adjuvat animus ille celestis! Quare, si nihil a diis oratione melius accepimus, quid tam dignum cultu se labore ducamus? aut in quo malius præstare

hominibus, quam quo ipsi homines ceteris animalibus præstant? eo quidem magis, quod nulla in arte plenus 80 labor gratiam refert^{2).} Id adeo³⁾ manifestum erit, si cogitavorimus, unde prosperit et quoque jam pro-
vecta sit orandi facultas; et adhuc augeri potest. Nam ut omittam, defendere amicos, regere consilii
senatum populum exercitum et, in que velit, duocere
35 quam sit utile convenientque bono viro, nonne pul-
chrum vel hoc ipsum est, ex verbis, quibus atuntur
omnes, tantum adsequi laudis et glorie, ut non loqui
et orare, sed, quod Pericli contigit, fulgurare ac
tonare videaris? (Quintilianus.)

¹⁾ Mdv. 319, Ann. 2 og 388; L. II, 103 c og 84 b. —
²⁾ „og denne Evne“. — ³⁾ *gratiam refert* = „lønner sig“. —
⁴⁾ „navnlig“.

IX.

Quum bellum Persei, Macedonia regi, indictum
esset, P. Licinius Crassus consul, cui Macedonia pro-
vincia obvensrat, votis in Capitolio numeratis, palu-
datus ab urbe proiectus est. Semper quidem ea res
5 cum magna dignitate ac majestate¹⁾ geritur; præcipue vero convertit oculos animosque, quin ad magnum bellum nobilemque aut virtute aut fortuna hostem
euntam consulem prosequantur. Contrahit enim
populum non officii modo cura²⁾, sed etiam stadium
10 spectaculi, ut videant ducem suum, cuius imperio
consilioque sumnum rem publicam tuendam per-
miscerunt. Subit deinde cogitatio animos, qui belli
casus, quam incertus fortunæ eventus communisque³⁾
Mars belli sit; subeunt adversa secundaque, que
15 inicitia et temeritate ducum clades sepe acciderint,
quae contra bona prædicia et virtus attulerit. Quem
scire mortalium, utrius mentis, utrius fortunæ con-

Adi

sulem ad bellum mittant, triumphantem mox cum exercitu victore seadentem in Capitolium ad eosdem deos, a quibus proficiatur, visuri an hostibus eam 20 præbituri lastitia sint? Persi autem regi, aduersus quem ibatur, famam et bello clara Macedonum gens⁴⁾ et Philippus paler, inter multa prospere gesta Romano etiam nobilitatus bello, præbebat, tum⁵⁾ ipsius Persi namquam, ex quo regnum accepisset, desitum belli 25 exspectatione celebrari nomen⁶⁾. Cum his cogitationibus omnium ordinum homines proficiantem consulem prosecuti sunt. (Livius.)

¹⁾ „Højtidelighed“. — ²⁾ *officii cura* — „Ganske om at vise den prægjældende en Opmærksomhed“. — ³⁾ *communis* (egl. lige god for begge Partier o:); „vækslende“. — ⁴⁾ *bello c. M. gens* — „Makedonerfolket Ry som Krigere“. — ⁵⁾ „der næste ogaa Tanken om, at . . .“. — ⁶⁾ *belli exp. cel. nomen* — „at knytte Forventningen om en Krig til hans Navn“.

X.

Seneca Lucilio suo salutem.

In epistula, qua de morte Metronactis philosophi
querrebaris, tamquam¹⁾ et potuisse diuinus vivere et
debuisset, sequitatem tuam desideravi, que tibi in
omni persona, in omni negotio superest; in una re
doest, in qua omnibus; multos inveni sequos aduersus
homines, aduersus deos neminem. Objurgamus quo-
tidie fatum: „Quare ille in medio cursu raptus est?
quare ille non rapitur? quare senectatem et sibi et
aliis gravem extendit?“ Utrum, obsecro te, sequimur
judicas, te naturæ an tibi parere naturam? quid au-
tem interest, quam cito excas, unde utique exenndum
est? Non, ut diu vivamus, curandum est, sed ut
salis; nam ut diu vivas, fato opus est, ut satis,
animo²⁾. Longa est vita, si plena est³⁾; impletar

15 autem, quam animus sibi bonum suum¹⁾ reddidit et ad se potestatem sui transtulit. Quid illum²⁾ octoginta anni juvent per inertiam exacti? non vixit iste, sed in vita moratus est, nec vero morians est, sed diu³⁾. „Octoginta annis vixit.“ Interest, mortem ejus ex quo die numeres. „Octoginta annis vixit.“

^{del} ^{avint} Immo octoginta annis fuit; nisi forte sic 'vixisse' dicis, quomodo dicuntur arbores vivere. At illa obicit viridis. Sed officia boni nivis, boni amici, boni filii executiva est; in nulla parte cessavit; hoc estas ejus imperfecta sit, vita perfecta est. Obsecro te, Lucili, hoc agamus, ut, quemadmodum pretiosa rerum, sic vita nostra non mulsum paleat, sed multum pendas; actu illam metiamur, non tempore. Via scire, quid inter hanc intersit vegetum con-temporemque fortuna, functum omnibus vites humanae stipendiis atque in summum bonum ejus evectum, et illum, cui multi anni transmissi sunt? Alter post mortem quoque est, alter ante mortem perit. Laudemus itaque et in numero felicium reponamus sum, cui, quantulumcumque temporis contigit, bene collocatum est. Vedit enim veram lucem; non fuit unus ex multis: et vixit et vixit. Quid queris, quamdiu vixerit? vivit; ad posteros usque transsiluit et se in memoriam dedit. (Seneca.)

1) „Idet dat var din Møning, at han (Metronax)“ —
2) „at Ens Sjæl er, som den skal være“, hvad der bører på En selv. — 3) „faldt ad nær sit Maal“. — 4) „det Gode, der herer ðens Væsen til“ (d. v. s. virtus). — 5) „den og den“. — 6) „han har været længe om at de“.

XL

Seneca Lucilio suo salutem.

Facias rem optimum et tibi salutarem, si, ut scribis, perseveras ire ad bonam mentem¹⁾, quam stul-

licet = omnino

tum est optare²⁾, quam possis a te impetrare. Non sunt ad celum elevandas manus nec exorandus seditus, ut nos ad aures simulaci, quasi sic magis exaudiri possumus, admittat; prope est a te deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili: sacer intra nos spiritus est, sedet malorum bonorumque nostrorum observator et custos; hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat³⁾. Bonus vero vir sine deo non nemo est; an potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adjutus, exsurgere? Ille dat consilia magnifica et cuncta. In unoquoque virorum bonorum habitat deus. Si tibi occurrit vestitus arboribus et solitam altitudinem egressis frequens locus et conspectum in caeli ramorum vallo aliorum alias protégentium summovens, illa proceritas silvae et secretum loci et admiratio umbras in aperto tam densa atque continua fidei tibi numinis⁴⁾ faciet. Si quis specus saxis penitus exesis montem suspenderit⁵⁾, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus, animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet; colluntur aquarum calentium fontes, et stagna quodam vel opacitas vel immensa altitudo sacravit. Si hominem videris interterritum periculis, intactum supeditatis, inter aduersa felicem, in mediis temperatibus placidum, ex superiora loco homines videntem, ex aquo deos: non subibit te veneratio ejus? non dices: „Ista res major est altiorque; quam ut credi similis huic, in quo est, corpusculo possit; vis istuc divina descendit“? Animam excellentem, moderatam, omnia tamquam minora⁶⁾ transirent, quidquid timemus optamusque, ridentem celestis potentia agitat⁷⁾; non potest res tanta sine administriculo numinis

stare.. Itaque majore sui parte illuc est, unde descendit. Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, unde mittuntur, sic animus magnus ac sacer et in hoc¹⁾ demissans, ut proprius divina nossemus, conversatur quidem nobiscum, sed haec origini sue; illuc pendet, illuc spectat non nititur; nostris²⁾ tamquam melior interest.

Quia est ergo hic animas? Qui nullo bono nisi suo³⁾ nitetur. Quid enim est stultius quam in homine aliena laudare? quid eo dementius, qui ea miratur, que ad alium transferri protinus possunt? Non faciunt meliorem equum aurci freni. Alter leo avara juba multatur⁴⁾; dum contrectatur⁵⁾ et ad patientiam recipiendi ornamenti cogitur, fatigatus; alter incultus, integri spiritus: hic scilicet impetu aer, quem illum natura osse voluit, speciosus ex horrido⁶⁾, cuius hic decor est, non sine timore asper, preferatur illi longuido et bratteatu. Nemo gloriari nisi suo debet. Vitam laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa ad terram pondere coruunt, que tulit, adminicula deducit; nam quis huic illam preferret vitam, cui aurea uiae, aurea folia dependerent? Propria virtus est in vita fertilitas; in homine quoque id laudandum est, quod ipius est. Familiam formosam habet et domum pulchram; multum serit, multum faenerat: nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Landa in illo, quod nec eripi potest nec dari, quod proprium hominis est. Queris, quid id sit? Animus et ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo; consummatar itaque bonum ejus, si id implevit⁷⁾, cui nascitur. Quid est autem, quod ab illo haec ratio exigit? Rem facillimam: secundum naturam suam vivere. Sed hanc difficultatem facit communis insania: iti vicia alter alterum trudimus;

quomodo autem revoeari ad salutem possint, quos nemo retinet, populus impellit? Vale. (Seneca.)

¹⁾ „Sjælsandhed” (virksom, det hejeste Guds, hvortil Filosofen føres). — ²⁾ sc. a deis. — ³⁾ tractare algm. = „stille sig over for En“. — ⁴⁾ numen — numen ibi inesse. — ⁵⁾ mentem asap. = „livnlyser sig ind i et Bjærg“. — ⁶⁾ „noget, der ligger neden under dots“. — ⁷⁾ „i den raader“. — ⁸⁾ = „hac conditio“. — ⁹⁾ „vor Verden“. — ¹⁰⁾ „det, som hører til dens eget Væsen“. — ¹¹⁾ sc. in harenam, ved Dyrekampene. — ¹²⁾ „befælles“. — ¹³⁾ ex horv. = „i sin vilde Naturlighed“. — ¹⁴⁾ „faldt ud nam“.

XIII.

Nato filio pater spem de illo quam optimam capiat; ita diligentier a principiis siet. Falsa enim est querella, paucissimis hominibus vim percipiendi, que tradantur, esse concessam, plorosque vero laborem ac tempora tarditate ingenii perdere; nam contra plures repertas et faciles in excogitando et ad discordum promptos. Quippe id est homini naturale, ac sicut aves ad volatum, equi ad cursum, ad servitiam ferre giguantur¹⁾, ita nobis propria est mentis agitatio²⁾ atque sollertia; unde origo animi ecclesiis creditur. Hebetes vero et indociles³⁾ non magis secundum naturam homines eduntur quam prodigiosa corpora et monstris insignia⁴⁾; sed hi paci admodum sunt. Erit argumentum, quod in pteris eluet spes plurimorum⁵⁾; que quam emoritur etate, manifestum est non naturam defecisse, sed curam. Praestat tamen ingenio aliis aliud; concedo; sed id plus efficiet aut minus; nein reperitur, qui sit studio nihil consequens.

Quidam litteris instituendos⁶⁾, qui minores septem annis essent, non putaverunt, quod illa primum etas et intellectum disciplinarum capere et labore pati

possit. Melius autem praeceperunt, qui nullum tempus vacare cura volunt, ut Chrysippus; nam is
25 quamvis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque jam formandum quam optimis institutis mentem infantium judicat. Cur autem non pertinet ad ¹⁾ litteras scitas, quae ad mores ²⁾ jam pertinet? Neque ignoro toto illo, de quo loquor, tempore vix
30 tunc effici, quantum conferre unius postea possit annus; sed tamen mihi, qui dissenserunt, videntur non tam dissentibus in hac parte quam docentibus pepercisse. Quid melius alioqui facient, ex quo loqui poterunt (facient enim aliquid necesse est)? aut cur
35 hoc, quantumcumque est, usque ad septem annos lucrum fastidiamus? Nam certe, quamlibet parvum sit, quod contulerit scitas prior, majora tamen aliqua discit puer ipso illo anno, quo minora didicisset.
Idem etiam de sequentibus annis praeceptum sit, no
40 quod cuique discendum sit, sero discere incipiat. Non ergo perdamus primum statim tempus, atque eo minus, quod initia litterarum sola memoria constant, quae non modo jam est in parvis, sed tum etiam tenacissima est. Nec sum adeo astutum im
45 prudens, ut instandum protinus teneris acerbe putem exigendamque plenam operam; nam id in primis cavere oportebit, ne studia, qui amare nondum potest, oderit et amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformidet. Lusus hic sit: et rogetur
50 puer et laudetur et numquam non recte fecisse se ³⁾ gaudeat; aliquando ipso nolente doceatur aliis, qui invident; contendat interdum et sospici vincere se putet; præmii etiam, quae capit illa scitas, evocetur.

(Quintilianus.)

¹⁾ „af Naturen selv er bestemte til“. — ²⁾ „Bevægelig-
hed, Fært“. — ³⁾ „tungeømme“. — ⁴⁾ prodigiosa . . . insignis

— „Mielosten og Vanskabninger“. — ⁵⁾ Nentrum; „med Bern i deres tidligste Alder viser der sig Udsigt til at kunne næs meget vidt“. — ⁶⁾ „give buglig Undervisning“. — ⁷⁾ „være medtagelig for“. — ⁸⁾ „sandlig Pauvirkning“. — ⁹⁾ „have skilt sig godt ved sine Sager“.

XIV.

Anno p. Chr. n. xxv Hispania ulterior missis ad senatum legatis oravit, ut exemplo Asiae delubrum Tiberio matrique ejus extrueret ¹⁾). Qua occasione Caesar, et alioqui validus spernendis honoribus et respondendum ratus iis, quorum rumore ²⁾ arguitur in ambitionem flexisse, hujuscemodi orationem ecepit:

„Scio, patres conscripti, constantiam meam a plurisque desideratum, quod Asia civitatibus nuper idem istud petentibus non sim adversatus. Ergo et prioris silentii defensionem, et quid in futurum statuerim, simoni aperiam. Num divus Augustus sibi atque urbi Romæ templum apud Pergamum nisi non prohibuissest, qui omnia facta dictaque ejus vice legis observem, placitum jam exemplum promptius 15 secutus sum, quia cultui meo veneratio senatus adjungebatur. Ceterum ut semel recepisse veniam habuerit, ita omnes per provincias effigie numinum sacrari ³⁾ ambitiosum ⁴⁾, superbum; et vanescat Augusti honor, si promiscuis adulacionibus vulgariter. Ego 20 me, patres conscripti, mortalem esse et hominum officia fungi satis scio, satisque habens, si locum principem impleam, et vos testor et meminisse posteros volo; qui satis superque memorie meæ tribuent, ut ⁵⁾ majoribus meis dignum, rerum vestrarum providum, 25 constantem in periculis, offenditionum pro utilitate publica non pavidum credant. Haec mihi in animis

vestris templo²⁾, haec pulcherrimae effigies et mansurae; nam quae saxo strauntur, si judicium posterorum in 80 odium vertit; pro sepulcris spernuntur. Proinde socios, cives et deos ipsos precor, hos, ut mihi ad finem usque vita quietam et intellegentem humani divinique juris mantem duint, illos, ut, quandoque vita concessero, cum laude et bonis recordationibus 35 facta atque famam nominis mei prosequantur.⁴⁾ Perstititque posthac secretis⁵⁾ etiam sermonibus aspernari talem sui cultum. (*Tacitus.*)

²⁾ = *castrare sibi seceri*. — ³⁾ „Skumlerier”. — ⁴⁾ = *colli*, „at lade sig dykle”. — ⁵⁾ „det vilde være Forfængelighed”. — ⁶⁾ „I den verden. — ⁷⁾ *Hæc . . . templo* = „Dermed bygger I Templer . . .”. — ⁸⁾ „førtrolige”.

#-XV.

Omnis populus, omnis civitas, omnis res publica consilio¹⁾ quadam regenda est, ut diuturna sit. Id autem consilium aut uni tribuendum est aut delectis quibusdam aut suscipiendum est multitudini atque omnibus. Quum penes unum est omnium summa rerum, regem illum unum vocamus et regnum ejus rei publicae statum; quum autem est penes delectos, tum illa civitas optimatum arbitrio regi dicitur; illa autem est civitas popularis²⁾ (sic enim appellant), in qua in populo sunt omnia. Atque horum trium generum³⁾ quodvis, si teneat illud vinculum, quod primum homines inter se rei publicae societate devinxerit⁴⁾, non perfectum illud quidem neque mea sententia optimum est, tolerabile tamen. Sed et in regnis 15 nimis expertes sunt ceteri communis juris et consilii; et in optimatum dominatu vix particeps libertatis potest esse multitudo, quum omni consilio communi ac potestate careat; et quum omnia per populum

geruntur, quamvis justum atque moderatum, tamen ipsa aequabilitas est iniqua, quoniam habet nullos 20 gradus⁵⁾ dignitatis. Itaque si⁶⁾ Cyrus ille Perses justissimus fuit sapientissimusque rex, tamen mihi populi res⁷⁾ non maxime expetenda fuisse illa videatur, quum regeretur unius nati; si Massilienses per delectos et principes cives summa justitia reguntur, 25 inest tamen in ea condicione populi similitudo quedam servitutis; si Athenienses quibusdam temporibus sublato Areopago nihil nisi populi scitis ac decretis agebant, quamvis florere tres publica, tamen, quoniam distinctos dignitatis gradus non habebat, non tenebat ornatum suum civitas. (*Cicero.*)

¹⁾ „Urmønstnærende og besluttende Myndighed”. — ²⁾ „demokratisk”. — ³⁾ „Forfatningssætter”. — ⁴⁾ Hermed mener, at et Samfund oprindelig er dannet for at virke om alle Ret og befordre det fælles Tav. — ⁵⁾ „Trædeling”. — ⁶⁾ = etiamsi. — ⁷⁾ *populi res* = *res publica*, „Forfatning”.

XVI.

In Peloponneso Messenii desciverant a concilio Achaeo. Cujus belli causes et ordinem¹⁾ exprimere non hujus loci est; eventus memorabilis est, quod, quum bello superiores essent Achæi, Philopoemen prætor²⁾ eorum capitur, in valle quadam angusta cum 5 equitibus paucis oppressus. Ipsum potuisse effugere tradunt; sed pudor relinquendi equites, nobilissimos gentis, ab ipso nuper lectos, tenuit. Quibus dum locum ad evadendas angustias cogendo ipse agmen præbet sustinens impetus hostium, prolapse equo et 10 suo ipse casu et onore equi super cum ruuntis haud multum abiit quin examinaretur, septuaginta annos jam natus et diutino morbo, ex quo tum primum reficiebatur, viribus admodum attenuatis. Jacentem

hostes superfusi oppresserunt; cognitumque protinus a verecundia memoriaque meritorum hand secus quam ducem suum attollant reficiantque et ex valle devia in viam portant, vix sibimet ipsi²⁾ prae necopinato gaudio credentes; pars nuntios Messenens præmittunt debellatum esse, Philopomenem captum adduci. Primum adeo incredibilis visa res, ut non pro uno modo, sed vix pro tanto nuntius audiretur; deinde ut super alium alius idem omnes adfirmantes veniebant, tandem facta fides; et priusquam adpropinquare urbi satis scirent, ad spectaculum omnes, simul liberi ac servi, pueri quoque cum feminis, effunduntur. Atque summoventes obvios intrare portam, qui adducebant Philopomenem, potuerunt. Atque conferta turba iter reliquum clauserat; et quum pars maxima exclusa a spectaculo esset, theatrum repente, quod propinquum viam erat, compleverunt st, ut eo adduceretur in conspectum populi, una voce omnes exposcebant. Magistratus et principes, veriti, ne quem motum misericordia presentis tanti viri faceret, quum alios verecundia pristinæ majestatis collatæ³⁾ præsentif fortunæ, alios recordatio ingentium meritorum motura esset, procul in conspectu eum statuerunt, deinde raptim ex oculis hominum abstraxerunt, dicente proptore Dinocrate, esse, quæ pertinentia ad summam belli percontari cum magistratus vellent. Inde abducto eo in curiam et senatu vocato consultari cœptum. Jam invesperascebant, et nou modo⁴⁾ cetera, sed ne in proximam quidem noctem, ubi satis tuto custodiaretur, expediebant. Obstupuerant ad⁵⁾ magnitudinem pristinæ ejus fortunæ virtutisque, et neque ipsi domum recipere custodiendum audiebant nec cuiquam uni custodiam ejus satis credebant. Admonent deinde quidam, esse thesaurum publicum

sub terra, saxo quadrato septum; eo vincas demittitur, et saxum ingens, quo operitur, machina superimpositum est. Ita loco potius quam homini cuiquam credendam custodiam rati lucem insequenter expectaverunt. Postero die multitudine quidem integræ, memor pristinorū ejus in civitatem meritorum, parcendum ac per eum remedia querenda esse praesentium malorum consebant; defectionis auctores, quorum in manu res publica erat, in secreto consultantes omnes ad necem ejus consentiebant; sed utrum matuararent an differrent, ambigebatur. Vicit pars avidior præca, missusque, qui venenum ferret. Accepto poculo nihil aliud locutum ferunt quam quassisse, si incolumis Lycurgas (is alter imperator⁶⁾ Achæorum erat) equitesque evasisse. Postquam dictum est incolumes esse, „Bene habet“ inquit, et poculo impavide exhanstro hand ita multo post exspiravit. 65

(Livius.)

²⁾ „Gænger“. — ³⁾ „Strateg“, som Forbundets øverste Embedsmand betitledes. — ⁴⁾ sibimet ipsi = „deres egne Øjne“. — ⁵⁾ verecundia p. m. collata p. f. = „Skamfølelse, nuar de sammenlignede hans p. m. med hans p. f.“ — ⁶⁾ se Mdv. 407 Ann. 2; L. II, 68 b. — ⁷⁾ „ved Tanken på“. — ⁸⁾ „som ikke var smukt af Oprørshærgelserne“. — ⁹⁾ Han havde Titlen Hipparch.

PARTICULA IX.

I.

P. Mario L. Afino consulibus Antistius prætor probrosa adversus Neronem carmina facitavit vulgavitque¹⁾ celebri convivio, dum apud Ostorium Scæ-

pulam epulatur. Exin a Cossutiano Capitone, qui
6 nuper senatorium ordinem precibus Tigellini, socii
sui, reasperat³⁾, majestatis delatus est. Tum primum
revocata²⁾ ea lex; credebaturque haud perinde exitium
Antistio quam imperatori gloriam quæri, ut⁴⁾ condic-
to 10 natum a senatu intercessione tribunicia⁵⁾ morti exi-
meret. Quam Ostorius nihil audivisse pro testimonio
dixisset, adversis testibus creditum; censuitque Junius
Marullus, consul designatus, adiuvandam reo pre-
15 sentram necandumque more majoram⁶⁾. Ceteris inde
ad sententias Peccus Thrasco, multo cum honore
15 Cæsaris et acerrime increpito Antistio, non, quidquid
nocens rens pati mereretur, id egregio sub principe
et nulla necessitate obstricto⁷⁾ senati statuendum
disseruit; carnificem et laqueum pridem abolita, et
esse pœnas legibus constitutas, quibus sine judicium
20 aævitia et temporum infamia supplicia decernerentur⁸⁾.
Quin in insula, publicatis bonis⁹⁾, quo longius son-
tem vitam traxisset, eo privatum miseriorem et pu-
blicæ clementiae maximum exemplum futurum. Li-
bertas Thrasco servitium aliorum rapit, et postquam
25 discessionem consilii permiserat, pedibus in sententiam
ejus iere, paucis exceptis, in quibus adulazione promptissimus
fuit A. Vitellius, optimum quemque jurgio
laceassens et respondenti reticens, ut pavida ingenia
solent. At consules perficie¹⁰⁾ decretum senatus non
30 ausi de consensu scripsere Cæsari. Ille inter pudorem¹¹⁾
et iram cunctatus postremo rescripsit: nulla injuria
provocatum Antistium gravissimas in principem con-
tumelias dixisse; earam ultionem a patribus postu-
latam, et pro magnitudine delicti pœnam statui par-
35 fuisse; ceterum se, qui severitatem decernentium
impediturus fuerit, moderationem non prohibere;
statuerent, ut vellent; datum et absolvendi licentiam.

His atque talibus recitatis et offensione manifesta,
non ideo aut consules mutavere relationem aut Thrascæ
decessit sententia ceterive, quæ probaverant, dese-
ruere, pars ne principem objecisse invidie viderentur,
plures numero tuti, Thrascæ sveta firmitatine animi
et ne gloria intercederet. (*Tacitus*.)

1) „føredrage”. — 2) Han var nemlig tidligere blevet ud-
sædt af Senatet. — 3) „sætte i Kraft paa ny”. — 4) ut — idet
det var Mælingen, at (Nora). — 5) Kejseren havde perpetuæ
potestas tribunicia. — 6) d. v. s. mod Olsen, efter at han først
var blevet pisket. — 7) og da Senatet havde fuldstændig
Handledrihed. — 8) quibus . . . supp. dec. — „hvormed man
kunde fra Forbrydere afstraffes”. — 9) Deportation til en Ø og
Formueeskifte var den øgengelige levnæssige Straf
for en Majestætsforbrydelse. — 10) „udfærdige”. — 11) nl. Und-
sæelse ved at forkaste Senatets Dom.

II.

Post prælium ad Bedriacum¹⁾ factum ceteris frac-
tus animus; prætorianus miles non virtute se sed
proditione victum fremebat²⁾; ne Vitellianis quidem
incruentam fuisse victoriam, pulso equite, reptæ legi-
onis aquila; superesse cum ipso Othonem militum quod 5
trans Padum fuerit; venire Mosicas legiones; mag-
nam exercitus partem Bedriaci remansisse; hos certe
nondum victos et, si ita ferret³⁾, honestius in acie
perituros. Nunc his cogitationibus tristes, nunc pavidi
extrema desperatione, ad iram sepius quam in formi-
dinem stimulabantur. At Vitellianus exercitus ad
quintum a Bedriaco lapidem coisedit, non ausis
ducibus eadem die oppugnationem castrorum; simul
voluntaria deditio sperabatur. Postera die, haud am-
bigua Othoniani exarctus voluntate et, qui ferociores
fuerant, ad pacientiam inclinantibus⁴⁾, missa ad
victores legatio; nec apud duces Vitellianos dubi-

tatum, quo minus pacem concederent. Legati paullisper retenti; ea res hesitationem attulit Othonianis, 20 ignaris adhuc, an impetrassent; mox remissa legatione patuit vallum¹⁾. Tum victi videntesque in lacrimas effusi, sortem civilium armorum²⁾ miseris³⁾ lastitia detestantes; iisdem tentoribus alii fratum, alii propinquorum vulnera fovebant. Spes et premia in 25 ambiguo, certa funera et luctus; nec quisquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem meneret. Requisitum Orfidii⁴⁾ legali corpus honore solito crematur; paucos necessarii ipsorum sepelire; ceterum vulgus super humum relictum. (*Tacitus.*)

¹⁾ mellem Mautus og Cremona; her blev Othos Hier d. 14. Marts 89 overvunden af hans Modkejser Vitellius. — ²⁾ „raabte harminyssende“. — ³⁾ se, *Lex. fero*, 2, c. — ⁴⁾ „begyndte at fortære deres ferocia (Trods)“. — ⁵⁾ „Portene i Volden“ (se *castrorum Othonianorum*). — ⁶⁾ „den usalige Borgerkrig“. — ⁷⁾ = *tristitia mixta*. — ⁸⁾ Othos Legat, der var falden i Slaget.

III.

Prius quam occideretur Galba, sacrificantem manu haruspex identidem monuit, caveret periculum: non longe percussores abesse. Haud multo post cognoscit teneri casta¹⁾ ab Othoni; ac plerisque, ut eodem²⁾ quam primum pergeret, avidentibus (posse enim auctoritate et praesentia prevalere), nihil amplius quam continere se domi statuit. Loricam tamen induit linctam, quamquam haud dissimilans parum adversus tot muncrones profuturam. Sed extractus est rumori- 10 bus falsis, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissiparant; quibus temere³⁾ adfirmantibus, transactum negotium, oppressos qui tumultuarentur, advenire frequentes ceteros gratulabundos et in omne obsequium paratos, his ut occur-

raret, prodiit tanta fiducia, ut militi suida occisum 15 a se Othonem glorianti „Quo auctore⁴⁾?“ responderit; atque in forum usque processit. Ibi equites, quibus mandata eodes erat, quum per publicum, dimota paganorum turba⁵⁾, equos adegissent, viso procul eo parumper restiterunt; dein rursus incitati desertum 20 a suis contricidarunt. Sunt, qui tradant ad primum impetum proclamassem eam: „Quid agitis, commilitones? ego vester⁶⁾ sum et vos mei“; donativum etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt obtulisse ultro jugulum et, ut hoc agerent,⁷⁾ ac ferirent, quando ita 25 ita videretur, horatum. Jugulatus est ad lacum Curtii⁸⁾ ac relictus ita, ut erat, donec gregarius miles a frumentatione⁹⁾ rediens abjecto onere caput ei amputavit; et quoniam capillo praes calvitie arripere non poterat, in grumum¹⁰⁾ abdidit, mox inserto 30 pet os pollice ad Othonem detulit. (*Suetonius.*)

¹⁾ = c. *praetoria*, Praetorianekohorternes Lejr test uden for Rom. — ²⁾ *Márv.*, 430; *L. II*, 59, 4. — ³⁾ „uden Hjemmel“. — ⁴⁾ = quis fuisse? — ⁵⁾ *pag. turba* = „dem civile Hob“. — ⁶⁾ „eders Ven“. — ⁷⁾ se *Lex. age*, 3, d. — ⁸⁾ en lille Dam paa Forum. — ⁹⁾ se *Lex. frumentatio*, 2. — ¹⁰⁾ sc. *sagi*.

IV.

Cassare Octaviano et Mossala Coryino consulibus debellatum est apud Actium, ubi longe ante quam dimicaretur exploratissima Julianarum partium fuit victoria. Vigebat in hac parte miles atque imperator, in illa marcebant omnia; hinc remiges firmissimi, 5 illinc inopia affectissimi; navium haec¹⁾ magnitudo modica nec celeritati adversa, illa²⁾ specie terribilior; hinc ad Antonium nemo, illinc ad Cæsarem quotidie aliquis transfringebat. Denique in ore atque oculis Antoniane classis per M. Agrippam Lencas 10

expugnata est, Patræ capta; Corinthus occupata, bis ante ultimum discrimen classis hostium superata. Advenit deinde maximi discriminis²⁾ dies, quo Cæsar Antoniusque productis classibus pro salute alter, in 15 ruinam alter terrarum orbis dimicavere. Dextrum navium Julianarum corma M. Lario commissum, levum Arruntio, Agrippæ omne classici certaminis arbitrium; Cæsar ei parti destinatus³⁾, in quam a fortuna vocaretur, ubique aderat. Classis Antonii regimen Pnibili colo Sosioque commissum; At in terra locatum exercitum Taurus Cæsaris, Antonii regebat Canidius. Ubi initum certamen est, prima occupat fugam Cleopatra; Antonius fugientis reginæ quam pugnantis militis sui comes esse muluit, et imperator, qui in 25 desertores servire debuerat, desertor exercitus sui factus est. Sed illis etiam detracto capite in longum fortissime pugjandi duravit constantia, et desperata victoria in⁴⁾ mortem dimicabatur. Cæsar, quos ferro poterat interimero, verbis mulecere⁵⁾ cùpiens, clamis 30 tansque et ostendens fragisse Antonium querens, pro quo et cum quo pugnarent. At illi quum diu pro absente dimicassent duce, agre summissis armis cessere victoria⁶⁾, citiusque vitam veniamque Cæsar promisit, quam illis, ut eam procarentur, perswasum 35 est; fuitque in confessu, milites optimi impératoris, imperatore fugacissimi militis functum officio⁷⁾. Idem locutus in terra fecit exercitus, quum se Canidius precipiti fuga rapuissest ad Antonium.

(Velleius Paterculus.)

¹⁾ — *hægja partis* . . . *illæs partis*. — ²⁾ „Hovedelaget”. — ³⁾ „bestemt til at bringe Hjælp til”. — ⁴⁾ „for at finde”. — ⁵⁾ „foreone”. — ⁶⁾ „erkenføde sig for evervundne”. — ⁷⁾ „havde opført sig som”.

V.

Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum, qui versari in re publica sicut in ea se excellentius gerere¹⁾ studuerunt; quibus ex generibus alteri se populares, altari optimates et haberi et esse voluerunt. Qui ea, quæ faciebant quæque dicebant, multitudini²⁾ & jucunda volebant esse, populares, qui autem ita se garebant, ut sua consilia optimo cuique probarent, optimates habebantur. Quis ergo iste optimus quisque? Numero, si queris, innumerabiles; neque enim aliter stare possemus: sunt principes consilii publici³⁾, 10 sunt qui⁴⁾ eorum sectari sequuntur, sunt proximorum ordinum⁵⁾ homines, quibus patet curia, sunt municipales rusticique Romani, sunt negotii gerentes, sunt etiam libertini optimates. Numerus, ut dixi, hujus generis varius et late diffusus est; sed genus 15 universum, ut tollatur error⁶⁾, brevi definiri potest. Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt nec natura improbi et furiosi nec malis domesticis⁷⁾ impediti. Efficitur, ut iū sint, qui integri sunt et sani et bene de rebus domesticis constituti⁸⁾. Illicrum 20 qui voluntati, commodis, opibus in gubernanda re publica serviant⁹⁾, defensores optimatum ipsique optimates gravissimi et clarissimi cives numerantur. Quid est igitur propositum his rei publicæ gubernatoribus, quod intueri et quo cursum suum derigere 25 debeant? Id quod est præstantissimum maximeque optabile omnibus sanis et bonis et hæatis¹⁰⁾; cum dignitate otium. Hoc qui volunt, omnes optimates, qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis prætentur; neque enim rerum gerendarum dignitate¹¹⁾ homines efferti ita convenit, ut otio non præsipient, neque nullum amplexari otium, quod ab-

horreat a dignitate. Hujus autem otiosæ dignitatis¹¹⁾ hæc fundamenta sunt, hæc membra, que tuenda principis et vel capitis periculo defendenda sunt: religiones, auspicia, potestates magistratum, senatus auctoritas, leges, mos, majorum, iudicia, jurisdictio, fides¹²⁾, provincie, socii, imperii latae, res militaris, erarium. Harum rerum tot atque tantarum esse defensorem magni animi est, magni ingenii magnæque constantiae. Etenim in tanto civium numero magna multitudo est eorum, qui aut propter metum peccati, peccatorum suorum consciæ, novos motus conversionesque rei publicæ querunt, aut qui propter insitum quendam animi furorem discordiæ civium ac seditione pascantur¹³⁾, aut qui propter implicationem rei familiaris communis incendio malitiæ quam suo deflagrare. Qui quum duces sunt, suorum studiorum vitorumque nacti, in re publica fluctus excitantur, ut vigilandum sit illis, qui sibi gubernacula patris depoposcerant, emitendumque omni¹⁴⁾ scientia ac diligentia, ut conservatis illis, que ego paulo ante fundamenta esse dixi, tenere cursum possint et capere otii illum portum et dignitatis. (Cicero.)

¹¹⁾ excellenter ac gerere = „indtag en fremragende Stilling“. — ¹²⁾ = senator. — ¹³⁾ qui = ex ceteris senatoribus & qui. — ¹⁴⁾ d. v. s. equites og tribuni exercitii. — ¹⁵⁾ „Misforstænelse“. — ¹⁶⁾ mala dom. = „uhedlige Formueforhold“. — ¹⁷⁾ se Lex constitue, S. c. — ¹⁸⁾ servire maa oversettes forskelligt ved de forskellige Dativer: „rette sig efter“ og „sænge til fremme“. — ¹⁹⁾ „velstillede“. — ²⁰⁾ „Åren val af offentlig Virksamhed“. — ²¹⁾ „gærefulde Re“. — ²²⁾ „Kredittaar“. — ²³⁾ = delectentur. — ²⁴⁾ omni = „med Opbydelse af hele . . .“.

VI

Defendere quidem reus profecto quam facere vir bonus malet; non tamen ita nomen ipsum accusa-

teris horrebit, ut nullo neque publico neque privato duci possit officio¹⁾, ut aliquem ad reddendam rationem vitæ vocet. Nam et leges ipsæ nihil valeant nisi t' actoris idonea voce munites, et, si penas stelerum expetere fas non est, prope est, ut²⁾ scelera ipsæ permittæ sint; et licentiam malis dari certo contra bonos est. Quaro neque sociorum querellas nec amici vel propinquui necem nec erupturas in rem publicam 10 conspirationes inultas patietur orator, non penas innocentium cupidus, sed emendandi vitæ corrigendique mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Itaque, ut accusatoriam vitam vivere et ad deferendos reos primum 15 duci proximuni latrocino est, ita pestem intestinam propulsare³⁾ cum propugnatoribus patriæ comparandum. Ideoque principes in re publica viri non detracaverunt hanc officii partem, creditique sunt etiam clari juvenes obidem⁴⁾ rei publicæ dare malorum civium accusationem; quia nec odisse improbos nec similitates provocare nisi ex fiducia bona mentis videbantur; idque quum a plurimis aliis tum ab utroque Catone factum est, quorum alter appellatus est sapiens, alter⁵⁾ nisi creditur fuisse, vix seio, cui reliquerit hujus nominis locum. (Quintilianus.)

¹⁾ „Pligtheneyn“. — ²⁾ „vil det næsten sige det samme, som nt“. — ³⁾ propulsare = „at værge Samfundet mod“. — ⁴⁾ Pant for deres eget gode Borgersind“. — ⁵⁾ xl. Cato Uticensis.

VII

Secretum¹⁾ atque liberum arbitris locum, et quæcumq; altissimum silentium scribentibus maxime convenire nemo dubitaverit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt apertissima²⁾ in hoc nemora silvasque, quod

5 illa cœli libertas locorumque amoenitas sublimem
animum et beatiorem spiritum³⁾ parent. Mihi certe
jucundus hic magis quam studiorum hortator videtur
esse secessus; namque illa ipsa, que delectant,
necessitate est avocent ab intentione operis destinati.
10 Silyaram enim amoenitas et præterlaboria flamina
et inspirantes ramis arborum aurore volvunturque
cantus et ipso late circumspicendi libertas ad se
trahunt, ut mihi remittere potius voluptas ista videatur
cogitationem quam intendere. Demosthenes
15 malius⁴⁾, qui se in locum, ex quo nulla exaudiri vox
et ex quo nihil prospici posset, recondebat, ne aliud
agere mentem cogerent oculi. Ideoque lucubramus,
ut silentium noctis et clausum cubiculum et lumen
unum velut septos maxime teneat. Sed quum in
20 omni studiorum genere tum in hoc præcipue bona
valetudo, queque cum maxime præstat, frugalitas⁵⁾
necessaria est, quum tempora ab ipsa rerum natura
ad quietem refectionemque nobis data in accerrimum
laborem convertimus. Cui tamen non plus⁶⁾ irro-
25 gandum est, quam quod somno supererit; obstat
enim diligentia scribendi etiam fatigatio, et abunde,
si vaces⁷⁾, lucis spatia sufficiunt; occupatos in noctem
necessitas agit. Est tamen lucubratio, quotiens ad
eam integri ac refecti venimus, optimum secreti
30 genus. (*Quintilianus*)

³⁾ Subst. = „Ensounehed“. — ⁴⁾ „afgiver den bedste Plads“. —
— ⁵⁾ „Begejstring“. — ⁶⁾ Mdv. 423 c; L. II, 126, 3. — ⁷⁾ „vi-
sion“ sind Levemænde“. — ⁸⁾ sc. temporis. — ⁹⁾ = si non occupatio-
sis (alienis rebus).

VIII.

L. Annæus Séneca in libello, quo Polybius fra-
tris morte afflictum consolatur, haec scribit: „Ini-

quus est, qui munieris sui arbitriam dansi non relin-
quit; avidus, qui non lucratoe habet, quod accepit¹⁾,
sed doni, quod reddidit. Ingratus est, qui injuriam²⁾
vocat finem voluptatis; stultus, qui nullum fructum
putat esse bonorum nisi præsentiam, qui non et in
præteritis adquiescit³⁾ et ea judicat certiora, que
abierunt, quia de illis, ne desinunt, non est timen-
dum. Nimiris angustat gaudia sua, qui sis tantum¹⁰
modo, que habet ac videt, frui se putat et habuisse
eadem pro nihilo ducit. Cito enim nos omnis vo-
luptas relinquit, que fluit et transit et pene ante
quam veniat auferitur; itaque in præteritum tempus
animus mittendus est, et, quidquid nos umquam¹⁵
delectavit, reducendum ac frequenti cogitatione per-
tractandum est. Longior fideliorque est memoria
voluptatum quam præsentia. Quod habuisti ergo
optimum fratrem, in summis bonis pone; non est,
quod⁴⁾ cogites, quanto diutius habere potueris, sed²⁰
quam diu habueris. Rerum natura illum tibi non
mancipio dedit, sed commodavit; quum visum est
deinde, repetit nec tuam in eo satiælatem secuta
est, sed suam legem. Si quis pecuniam creditam
solvisse se moleste ferat, eam præsertim, cuius²⁵
num gratuitum accepit, nonne injustus vir
habeatur? Dedit natura fratri tuo vitam, dedit
et tibi; que, suo jure visa, a quo voluit, debitum⁵⁾
sum cito exigit; non illa in culpa est, cuius
nota erat condicio, sed mortalis animi spes avida,³⁰
que numquam sortis sue meminit, nisi quum ad-
monetur.⁶⁾

¹⁾ „det, at han har funet en Gave“. — ²⁾ „inder Tilfreds-
stillelse ved“. — ³⁾ non est, quod = „du skal (ber) ikke“. —
— ⁴⁾ „Jaan“.

IX.

Cicero in oratione pro L. Murena in Stoicorum disciplinam jocum, cui M. Cato, qui Murenam accusabat, addidit, erat, eisque Academicorum, quam ipse probabat, contrarium ponens sic loquitur: „Fuit quidam summo ingenio vir, Zeno, cuius inventorum¹⁾ omnes Stoici nominantur. Hujus sententiae sunt et precepta ejusmodi: sapientem gratia numquam moveri, namquam cuiusquam delicto ignoroscere; neminem misericordem esse nisi stultum et levem; viri boni non esse neque exorari neque placari; solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos, si mendicissimi, divites, si servitatem serviant, reges; nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos²⁾, exules, hostes, insanos denique esse dicunt; omnia peccata esse paria, omne delictum scelus esse nefarium, nec minus delinquere sum, qui gallum gallinaceum, quam opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit; sapientem nihil opinari³⁾, nullius rei paenitere, nulla in re falli, sententiam mutare numquam. Hac homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus arripuit⁴⁾, neque disputandi⁵⁾ causa, ut magna pars, sed ita vivendi. Nostri autem magistri (fateor enim me quoque in adolescentia diffissum ingenio meo quassasse adjumenta doctrinae⁶⁾, nostri, inquam, illi a⁷⁾ Platone et Aristotele, moderati homines et temperati, ajunt apud sapientem valere aliquando gratiam; viri boni esse misereri; distincta genera esse delictorum et⁸⁾ dispares penas; esse apud hominem constantem ignorandi locum; ipsum sapientem sepe aliquid opinari, quod nesciat; irasci non numquam, exorari eundem et placari; quod dixerit, interdum, si ita rectius sit, mutare de sententia

dosedere aliquando; omnes virtutes mediocritate quadam esse moderandas⁹⁾.

¹⁾ „Læreræstænger, Lære“ — precepta. — ²⁾ „foragtelige Slaver“. — ³⁾ „østre lærte Meninger, Formodningerne“, modsat acire. — ⁴⁾ „livrig tillegne sig“. — ⁵⁾ „al drette dem rent theoretisk“. — ⁶⁾ doctrinae — „filosofisk Undervisning“. — ⁷⁾ a Platone — „sota hører til Pl.'s Skole“. — ⁸⁾ „sog dermed ogsaa“. — ⁹⁾ „maa reguleres vanlodes, at man holder den resto Middelvoj“.

X.

(Ex Plinii Panegyrico Trajano Imp. dicto.)

Priores principes, Cæsar Auguste, excepto patre tuo¹⁾, præterea uno aut altero (et²⁾ nimis dixi), vitiis potius civium quam virtutibus lastabantur, primum quod in alio sua quæcumque natura delectat, deinde quod patientiores servitutis arbitrabantur, quos non sacerdoti esse nisi servos. Horum in sinum³⁾ omnia congerabant, bonos autem, otio ac siti abstrusos⁴⁾ et quasi sepultos, non nisi delationibus et periculis in lucem ad diem proforebant. Tu amicos ex optimis legiis; et hercule sequum est esse eos carissimos bono principi, qui invisi male fuerint. Scis, ut sunt diversa natura dominatio et principatus, ita non aliis esse principem gratiorum, quam qui maxime dominum graventur. Hos ergo provehis et ostendas quasi specimen et exemplar, quæ tibi secta vita, quod hominum genus placeat; et ideo non censuram adhuc, non præfecturam morum recepisti, quia tibi beneficia potius quam remediis⁵⁾ ingenia nostra experiri⁶⁾ placet. Et alioqui nescio an plus moribus conferat⁷⁾ princeps, qui bonos esse patitur, quam qui cogit. Flexibiles quamcumque in partem ducimur a principe atque, ut ita dicam, sequaces⁸⁾ sumus; huic enim eari, huic probati esse cupimus, quod frustra

speraverint dissimiles; eoque obsequii continuatione
25 pervenimus, ut prope omnes hominis unius moribus
vivamus. Porro non tum sinistre constitutum est⁹⁾,
ut, qui malum principem possumus, bonum non possi-
mus imitari. Perge modo, Cæsar, et vim effectumque
censure tuum propositum¹⁰⁾, tui actus optinebant,
30 Nam vita principis cœnura est eaque perpetua; ad
hanc derigimur, ad hanc convertimur, nec tam im-
perio nobis opus est quam exemplo. Quippe infidelis
recti magister est metus; melius homines exemplis
docentur, quæ in primis hoc in se boni habent,
35 quod adprobant, quæ præcipiunt, fieri posse.

⁹⁾ Kejser Nerva som havde adopteret Trajanus; Kejse-
rens Titel var endnu stadig *Cæsar Augustus*. — ¹⁰⁾ „og saa..
endda“. — ⁹⁾ „sa Lex. sicut, s. — ¹⁰⁾ „forstede“. — ⁹⁾ „Trængsmidler“. —
„experiiri Æg. nostra“ — „præve, hvor vids du kan komme
med os“. — ⁹⁾ „befordre“. — ¹⁰⁾ „følgagtig“. — ⁹⁾ „saa galt er
det ikke sat med os“. — ¹⁰⁾ „Livretning“.

XI. +

Per eos menses, quibus Vespasianus¹¹⁾ Alexandriæ
morabatur, multa miracula evenere, quis ecclesiis
favor et quædam in Vespasianum inclinatio numinum
ostenderetur. E plebe Alexandrina quidam oculorum
5 tabe¹²⁾ notus genua ejus advolvitur remedium cœcitatis
exposcens, monitu Serapidis dei, quem dedita super-
stitionibus gens ante alios colit; precebaturque prin-
cipem, ut genas¹³⁾ et palpebras dignaretur¹⁴⁾ resper-
gere oris excremento. Alius manum siger eodem deo
10 auctore, ut pede ac vestigio¹⁵⁾ Cæsaris calcaretur,
orabat. Vespasianus primo irridere, aspernari; atque
illis instantibus dubius modo famam vanitatis¹⁶⁾ me-
taere, modo obsecratione ipsorum et vocibus adulan-
tium in spem induci. Postremo sestimari a medicis

Scripsit

jubet, an italis cœctas ac debilitas ope humana¹⁷⁾
superabiles forent. Medici varie disserentes¹⁸⁾; huic
non excessum vim luminis¹⁹⁾ et redditum, si pulleren-
tur obstantia; illi elapsos in prævum²⁰⁾ artus, si salu-
bris vis adhibeatur, posse integrari²¹⁾; id fortasse
cordi deis, et divino ministerio²²⁾ principem electum; 25
denuo patrati remedii²³⁾ gloriam penes Cæsarem,
irriti Indibrium penes miseros fore. Igitur Vespasianus,
cum ea formæ sua patere ratus nec quicquam ultra
incredibile, lato ipso vultu, erecta quæ adstabat
multitudine, jussu exsequitur. Statim conversa ad
nusum mangi manus, ac cæco reluxit dies. Utrum-
que, qui interfusre, nunc quoque memorant, post-
quam nullum mendacio pretium. (Tacitus.)

¹¹⁾ Efter at være blevet udvæbt til Kejser af Legionerne i Syrien og Egypten var han gaet til Alexandria for derfra at drage til Rom, naar Lejligheden til Overfart blev gunstig. — ¹²⁾ „en adelæggende Øjen sygdom“. — ¹³⁾ „Øjenhuler“. — ¹⁴⁾ „vise ham, den Naude“. — ¹⁵⁾ „pede ac vestigio“ — „Fodeaaf“. — ¹⁶⁾ „famam vanitatis“ = „hvad Folk vilde eige om ham, hvilc Føresæt mislykkeledes“, — ¹⁷⁾ „afgav manghaande Erklæringor“. — ¹⁸⁾ „Syn-
evnen“. — ¹⁹⁾ „elapsos in prævum“ — „ferkrobbede“. — ²⁰⁾ „fan dezes Ferlighed igen“. — ²¹⁾ „til at være Guernes Redskab“. — ²²⁾ „pa-
trati remedii“ — „far Helbedelesh, hvilc den gennemførtes med
Held“.

gloræ

XII.

C. Plinius Caminius suo S.

Incidi in materiam veram¹⁾ sed simillimam fictæ
dignamque tuo latissimo planeque poetico ingenio;
incidi autem, dum super eam varia miracula hinc
inde referuntur. Magna auctoris fides; tametsi quid
poeta cum fide? is tamen auctor, cui bene vel hi-
storiam scripturam credidisses. Est in Africa Hippo-
nensis colonia²⁾, mari proxima; adjacet navigabile
stagnum; ex hoc in medium fluminis ostuarium³⁾

emergit, quod vice alterna, prout sestus se aut repres-
10 sit aut impulit⁴⁾, nunc infertur mari, nunc redditur
stagno. Omnis hic sestas piscandi, navigandi atque
etiam natandi studio lenetur, maxime pueri, quos
otium insusque sollicitat. His gloria et virtus⁵⁾ al-
tissime provehi; viator ille, qui longissime ut litus ita
15 simul natantes reliquit. Hoc certamine puer quidam
audientior ceteris in ulteriora tendebat. Delphinus
occurrit, et nunc praecedere puerum, nunc sequi, nunc
circumire, postremo subire⁶⁾, deponere, iterum subire
20 trepidantemque perferre primum in altum; mox flectit
ad litus redditique terrae et sequilibus. Serpit per
coloniam fama; concurrere omnes, ipsum puerum
tamquam miraculum aspicere; interrogare, audire,
narrare. Postero die obsonunt litus, prospectant mare.
Natant pueri, inter hos ille, sed cantans. Delphinus
25 cursus ad tempus, rursus ad puerum reddit; fugit ille
cum ceteris; delphinus, quasi invitet et revocet,
exsilit, mergitur, varioque orbes implicat expedit-
qua⁷⁾. Hoc altero dia, hoc tertio, hoc pluribus,
donec homines innutritos mari subiret timendi pudor.
30 Accedunt et adludunt et appellant, tangunt etiam
pertrectantque probentem sc⁸⁾. Crescit audacia ex-
perimento, maxima puer, qui primus expertus est:
adnatantis insilit tergo, fertur referturque; agnoscit
se, amari patet, amat ipse; neuter timet, neuter
35 timetur; hujus fiducia, mansuetudo illius augetur.
Nec non alii pueri dextra levaque simul eunt hor-
tantes monentesque. Ibat una (id quoque mirum)
delphinus alias, tantum spectator et comes; nihil
enim simile aut faciebat aut patiebatur, sed alterum
40 illum ducebat reducebatque, ut puerum ceteri pueri.
Incredibile, tam verum tamen quam priora, delphinum
gestatorum collusoremque puerorum in terram quo-

que extrabi solitum harenisque siccatum, ubi incalui-
isset, in mare revolvi. Constat Octavianum Avitum,
legatum proconsulis, in litus educto religione prava¹³
superfudisse unguentum⁹⁾; cuius illum odorem in
altum refugisse nec nisi post multos dies visum,
langvidum et mestum; mox redditis viribus priorem
lasciviam et solita ministeria repetuisse. Confluebant
omnes ad spectaculum magistratus, quorum adventu¹⁰
et mora modica res publica novis sumptibus attre-
batur¹⁰⁾. Postremo locus ipse quietem suam secre-
tumque perdebat. Placuit occulte interfici, ad quod
coibatur. Hoc tu qua miseratione dellebis, qua
copia ornabis, attolles! Quamquam non est opus¹¹
adtingas aliquid aut adstrinas; sufficit, ne ea, quae
sunt vera, minuantur. Vale.

⁴⁾ „som tilkører det virkelige Liv“; — ⁵⁾ Hippo Zarytas, nu
Bizerta i Tunis. — ⁶⁾ „en Lagunestørst“; — ⁷⁾ „prøv . . . impulit“
— „alt efter som det er Ebbe eller Flod i Havet“; — ⁸⁾ „Bavis
paa Dygtighed“; — ⁹⁾ „tage pan sin Ryg“; — ¹⁰⁾ „bugter sig frem
og tilbage i Kroze“; — ¹¹⁾ „probentem sc“ — „og den funnit sig
relig deri“; — ¹²⁾ nl. for at vise den Ere som noget helligt og
guddommeligt. — ¹³⁾ idet Kammannen skalde beviste dem.

XV.

Epistola C. Pompeji ad senatum¹⁴⁾.

Si aduersus vos patriamque et deos penatis lotiens
labores et pericula suscepissem, quotiens a prima
adolescentia ductu meo scelerissimi hostes fusi et
vobis salus quiesita est, nihil amplius¹⁵⁾ in absentem
me statuissetis, quam adhuc facitis¹⁶⁾, patres con-
scripti, quem contra alienem¹⁷⁾ projectum ad bellum
sevissimum cum exercitu optime merito, quantum est
in vobis, fame, miserrima omnium morte, confecisti.
Hacine spe populus Romanus liberos suos ad bellum
misit? haec sunt premia pro vulneribus et totiens ob¹⁸⁾

rem publicam fuso sanguine? Fessus scribundo miti-
tundoque legatos omnis opes et spes⁵⁾ privatus meas
consumpsi, quum interim a vobis per triennium vix
annus sumptus datus est. Per deos immortalis,
15 utram censem me vicem serari praestare⁶⁾ an exer-
citum sine frumento et stipendio habere posse?
Evidem fateor me ad hoc bellum majore studio
quam consilio profectam; quippe qui, nomine modo
imperi a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum
20 paravi hostisque in cervicibus jam Italiam agentis⁷⁾ ab
Alpibus in Hispaniam submovi; per eas iter aliud
atque Hannibal, nobis oportunius, patefeci; recepi
Galliam, Pyrenaeum, Iacetaniam, Indicetes⁸⁾; et pri-
mum impetum Sertorii victoris novis milibus et
25 multo paucioribus sustinni, hiememque castris inter-
saevissumos hostis, non per oppida neque ex ambi-
tione mea⁹⁾ egi. Quid deinde prouia aut expedi-
tiones hibernas, oppida excisa aut recepta enumerem,
quando res plus valet quam verba? Castra hostium
30 apud Sucronem capta et prelium apud flumen Turiam
et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia et
exercitu deleti satis clara¹⁰⁾ vobis sunt; pro quis, o
grati patres, egestatem et famam redditis! Itaque
meo et hostium exercitu par condicio est; namque
35 stipendum neutri datur, vitor uterque¹¹⁾ in Italianum
venire potest. Quod ego vos monco quesoque ut
animaduortatis, neu cogatis necessitatibus privatum
mihi consulere. Hispaniam citeriorem, qua non ab
hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internectionem
40 vastavimus: prester maritimas civitates ultra nobis
sumptui oneriique est; Gallia superiore anno Metelli¹²⁾
exercitam stipendio frumentoque aluit, et nunc malis
fructibus¹³⁾ ipsa vix agitat; ego non rem familiarem
modo, verum etiam fidem¹⁴⁾ consumpsi: reliqui vos

estis, qui nisi subvenitis, invito praedicente me, exer- 45
citus hinc et cum eo omne bellum Hispanie in
Italianam transgredientur. (Sallustius.)

⁴⁾ Brevet teekkes afanden i Sl. af 74 fra Spanien, da Pompejus var kommen i en meget vanskelig Stilling under sin Krig med Sertorius, særlig derved, at Tilfælderne til hans Hær var blevne opsnappede af Spanierne. — ⁵⁾ amplius = gravius, durus. — ⁶⁾ Om Præsens ved adhuc (som ved jam dia) se Mdv. 280 Adm.; L. II. 71. — ⁷⁾ „uden Hensyn til min Ungdom“. Han var, da han blev sendt ud, kun o. 20 Aar gammel. — ⁸⁾ spes = fides = „Kredit“. — ⁹⁾ se Lex, viis, 4. — ¹⁰⁾ se Lex, ago, 2; her = „befandt sig saa“. — ¹¹⁾ Landskaber paa Sydsiden af Østpyrenæerne. — ¹²⁾ gæaledes, som jeg vilde have gjort, hvis jeg havde villet høje til mine Soldaters Gunst. — ¹³⁾ nota. — ¹⁴⁾ „den ene lige saa godt som den anden“. — ¹⁵⁾ Q. Caecilius Metellus Pius auførte en anden romersk Hær i Spanien mod Sertorius. — ¹⁶⁾ „eter en danlig Hest“; agitare (vitam) = „ophedle Livet“.

XVI.

Major pars mortalium de natura malignitate
conqueritur, quod in exiguum sovi gignamur, quod
tam velociter, tam rapide hisce dati nobis temporis
spetia decurrant, ideo ut exceptis admodum paucis
ceteros in ipso vita adparatu vita destituant. Nec 5
huius publico¹⁾, ut opinantur, mala turba tantum et
imprudens vulgus ingemuit; clarorum quoque virorum
hic affectus querellas evocavit. Inde illa maximi
medicorum²⁾ exclamatio est: 'vitam brevem esse,
longam artem'; inde Aristotelis cum rerum natura 10
exigentis³⁾ minime conveniens sapienti viro lis⁴⁾:
'estatis illam animalibus tantum indulsisse, ut quina
aut dana saccula educerent, homini in tum multa ac
magna genito tanto citeriorem terminum stare'. Non
exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. 15
Satis longa vita est: stiam in maximarum rerum con-

summationem large data est, si tota bene collöcare tor. Sed ubi per luxum ac neglegentiam difflit, ubi nulli bonæ rei impendit, ultima demum ne cessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est: non accipimus brevem vitam, sed facimus, nec inopes ejus sed prodigi sumus. Sicut ample et regia opes, ubi ad malum dominum perverterunt, momento dissipantur, at quamvis modicas, si bono custodi traditæ sunt, usu crescunt, ita actas nostra bene disponenti multum patet. (*Seneca.*)

¹⁾ sc. *lex publica*, 2. — ²⁾ Hippokrates's: *διογένης πατέρες*. — ³⁾ *expostulantis*. — ⁴⁾ *querella*.

PARTICULA X.

I.

Sæpe et multum hoc mecum cogitavi, bonum an mali plus attulerit hominibus et civitatibus copia dicendi¹⁾ ac summum eloquentiae studium. Nam quum et nostræ rei publicæ detimenta considero et maximarum civitatum veteres animo calamitates colligo, non minimam video per disertissimos homines inventam partem incommodorum; quum autem res ab nostra memoria propter vetustatem remotas ex literarum monumentis repetere instituo, multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societas, sanctissimas amicitias intellego quum animi ratione²⁾ cum facilius eloquentia comparatas. Ac me quidem dum cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem³⁾ sapientiam

sine eloquentia parum pròdæsse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plorunq[ue], pròdæsse numquam. Quare si quis, omissione rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii⁴⁾, consumit omnia operam in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, perniciosus patris civis alitur; qui vero ita sese armat eloquentiæ, ut non oppugnare commoda patris, sed pro his propugnare possit, is: mihi vir et suis et publicis rationibus⁵⁾ utilissimus atque amicissimus civis fore videtur. Ac si volumus hujus rei, quæ vocatur eloquentia, sive artis⁶⁾ sive studii sive exercitationis eujusdam sive facultatis ab natura profectæ considerare principium, reperiemus id ex honestissimis causis natum atque optimis rationibus⁷⁾ proiectum. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum modo vagabantur et sibi victu fero vitam propagabant, nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant; nondum divinitate religionis, non humani officii ratio celebatur; nemo nuptias viderat legitimes, non certos⁸⁾ quisquam inspicerat liberos, non ius sequabile quid utilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorem atque inscientiam caeca ac temeraria dominatrix⁹⁾ animi cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur, pernicioseissimis satellitibus. Quo tempore quidam, magnus videlicet vir et sapiens, cognovit, quæ materies et quanta ad maximas res oportunitus¹⁰⁾ in animis inestet hominum, si quis eam posset eliciere et præcipiendo meliorem reddere; qui dispersos homines in agris et in testis silvestribus abditos oratione quadam¹¹⁾ compulit unum in locum et congregavit, et eos in unamquamque rei inducens¹²⁾ utiliem atque honestam, primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem

studiosius audientes, ex foris et immanibus mites
50 reddidit et mansuetos. Nam mihi quidem videtur
hoc nec tacita nec inops dicendi sapientia parviceret
potuisse, ut homines a consuetudine subito conver-
teret et ad diversas vite rationes¹⁾ traduceret. Age
vero, urbibus constitutis, ut fidem colere et justitiam
55 retinere discerent et aliis parere sua voluntate con-
suecerent: ne non modo labores excipiendo communis
commodi causa, sed etiam vitam amittendam
existimarent, qui tandem fieri potuit, nisi homines
ea, quasi ratione invenissent, eloquentia persuaderet
60 potuissent? Profecto namo nisi gravi ac evavi co-
munitas oratione, quum viribus plurimum posset, ad
jus voluisset sine vi descendere, ut, inter quos posset
excellera, cum his se pateretur aequali et sua voluntate
a iucundissima consuetudine recederet, quo
65 proserbitur iam natura vim obtineret propter vici-
statem. Ac primo quidem sic et nata et progressa
longius eloquentia videtur et item postea maximis
in rebus pacis, et belli cum summis hominum utili-
tatis esse versata; postquam vero calliditas que-
70 dam, prava virtutis imitatrix, sine ratione officii
dicendi copiam consequens est, tum ingenio fratre ma-
litiae pervertere urbes et vitas hominum labefactare
adseverit. (Cicero.)

¹⁾ *copia dicendi* = „Evnøn til at tale godt“ — ²⁾ „Par-
naftens Overleg“ — ³⁾ *in hane sent...* = *at existimem* = „til
den Anekuelse, al“ — ⁴⁾ *ratio et officium* = „Erkendelses- og
Pligtlyzen“ — ⁵⁾ = *et sibi et reip.* — ⁶⁾ *sive artis oevi* =
sive ora est oev. — ⁷⁾ „Overvejelser, Hensyn“ — ⁸⁾ „som han
med Sikkerhed vidste var hans egne“, da der endnu herskede
vagts concubitus. — ⁹⁾ *cæcæ* = *dominatrix* = „herskede som
en blind og tankeløs Tyrur og...“ — ¹⁰⁾ „yppeligt Anleg“.
— ¹¹⁾ *quædam* = „en Slag“ — ¹²⁾ *in u. r. indicens* = „efters-
hæanden ledede dem til Erkendelse af alle de forskellige Ting“.
— ¹³⁾ „en formuftmessig Livsværdning i de forskellige Ret-
ninger“.

II.

Bessus¹⁾ Alexandri celeritate perterritus, dis pa-
triis sacrificio rite facta, sicut illis gentibus mos est²⁾,
cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de
bello consultabat. Graves mero³⁾ suas vires extollere,
hostium nunc temeritatem nunc paucitatem spernere⁴⁾
incipiunt. Prostipue Bessus, ferox verbis et parto
per seculs regno superbus ac vix potens mentis,
dicere ostendit: Socordia⁵⁾ Dares crevisse hostium
fumam; occurrisse enim in Cilicio angustissimis fau-
cibus, quum retru cedendo posset perducere insautos⁶⁾
in loca natura sibi tutâ, tot fluminibus objectis, tot
montium latebris, inter quas deprehensus hostis ne
fuge quidem, nesciu resistendi occasionem facit
habiturus; sibi placere in Sogdianos recedere: Oxum
annem velut murum objecturam hosti, dum ex fini-
timis gentibus valida auxilia concurrerent, venturos
autem Chorasmicos et Dahas Sacasque et Indos et
ultra Tuszin⁷⁾ annem colentes Scythas, quorum
neminem adeo humilem esse, ut numeri ejus non
possent Macedonis militis verticem sequari. Con-
clamat temulenti unam⁸⁾ hanc sententiam sublarem
esse; et Bessus circumferri merum largis jabet, dé-
bellaturus super mensam Alexandrum.

Erat in eo convivio Gobæres, natione Medus et
magico artis magis professione quam scientia⁹⁾ celeber, 25
alioqui moderatus et probus. Is quum prefatus esset
seire se, servo utilius esse parere dicto quam adferre
consilium, quam illos, qui pareant, idem quod ceteros
maneat, qui vero svadeant, proprium sibi periculum
contrahant. Bessus cum intrepidum dicere jussit, po-
culum etiam, quod habebat in manu, tradidit. Quo
accepto Gobæres: „Natura“ inquit „mortuum hoc“

quoque nomine prava et sinistra dici potest, quod
in suo quisquo negotio habetior¹⁾ est quam in alieno.
35 Turbida²⁾ sunt consilia eorum, qui sibi svadent; ob-
stat³⁾ alias mstus, alias cupiditas, nonnumquam
naturalis eorum, quae excogitaveris, amor. Magnum
omnis sustinet capita, regium insigne; hoc aut moderate
perferendum est aut, quod abominor, in te ruet.
40 Consilio, non impetu⁴⁾ opus est.⁵⁾ Adicit deinde, quod
apud Baetrianos vulgo usurpabant, canem timidum
vehementius latrare quam mordere, altissima quæque
flumina minimo sono labi. His audientium exspec-
tationem susponderat; tum consilium aperit utilissi-
45 Besso, quam gratius. „In vestibalo“ inquit „regno
tum velocissimus consistit rex; ante ille agmen quam
tu menum istam movebis. Nunc ab Tanai exer-
citum accerses et armis flumina oppones? Scilicet,
qua tu fugitarus es, hostis sequi non potest! Iter
50 utriusque communis est, victori tutius; licet strenuum
metum putes esse, velocior tamen spes est. Quin
validioris occupas gratiam dedisque te, utrumque
vesserit, meliorem fortunam deditus quam hostis
habiturus? Alienum habes regnum, quo facilius eo
55 careas⁶⁾. Incipies forsitan justus esse rex, quum
ipse fecerit, qui tibi et dare potest regnum et eri-
pere. Consilium habes fidele, quod diutius excipi
supervacuum est. Nobilis equus umbra quoque virgas
regitur, ignavus ne calcari quidem concitari potest.⁷⁾
60 Bessus et ingenio et multo mero ferox adeo exarsit,
ut vix ab amicis, quo minus occideret eum (nam
strinxerat quoque acinacem), confineretur; certa e
convivio proculuit haudquaque potens mentis.
Gobares inter tumultum elapsus ad Alexandrum
65 transfigit. (*Curtius.*)

1) Han var efter Morlet paa Dareus nu paa Flugt til Bakirion mod sine Tilhengere og Trepper, rask forfulgt af

Alexander. — ⁸⁾ sicut . . est viser hen til den efterfølgd. Sæt-
ning, smælig til *inter epulæ*. — ⁹⁾ „I deres Fuldkab“. —
¹⁰⁾ *stultitia*. — ¹¹⁾ her — Luxartes, nu Sir Davs. — ¹²⁾ her
sæn ved en Superlativ. — ¹³⁾ *magis professione quam scientia*
— „sin Indsigt, eller rettere sagt: indblikke Indsigt“ (ordet det
her var Gøgler). — ¹⁴⁾ „mindre skarpsynet, naar det gælder
hans selv“. — ¹⁵⁾ „forplærrede“. — ¹⁶⁾ — ¹⁷⁾ — ¹⁸⁾ „blod
Fremfæskehed“. — ¹⁹⁾ *qui careas* — ideoque carebas („hvis slip
paa“).

III.

Oratori gratia habenda est Simonidi illi Cœo,
quem primum ferunt artem memorie protulisse. Di-
cant enim, cum cenaret Crannone in Thessalia Simo-
nides apud Scopam, fortunatum hominem et nobilem,
cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in 5
quo malta ornandi causa postarum more in Castorem
scripta et Pollucem fuisse, nimis illum sordide
Simonidi dixisse, se dimidium ejus si, quod pactus
easset, pro illo carmine daturum; reliquum a suis
Tyndaridis, quos seque laudasset, peteret, si ei vide-
retur. Paulo post esse ferunt nuntiatum Simonidi,
ut prodiret; juvenes stare ad jauam duo quedam,
qui cum magno opere evocarent; surraxisse illum,
prodiase, vidiisse neminem; hoc interior spatio con-
clave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse; ea 15
ruina ipsum cum convivis oppressum interisse. Ques
quum humare vellent sui neque possent obtutos
internosueru illo modo, Simonides dicitur ex eo,
quod meminaset, quo eorum loco quisque cubuisset,
demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse. Huc 20
tum re admonitus invenisse fertur, ordinem esse
maxime, qui memoria lumen adferret; itaque his,
qui hanc partem ingenii exercerent, locos¹⁾ esse
capiendos et ea, quæ memoria tenore vellent, effi-
genda²⁾ animo atque in his locis collocanda; sic 25

Opgørelse til Overensættelse fra Latin paa Dansk.

fore, ut ordinem rerum locorum ordo conservaret, res autem ipsas rerum effigies notarent, atque ut locis pro cera, simulacris pro litteris uterentur.

Qui sit autem oratori memoriae fructus, quanta utilitas, quanta vis, quid me attinet dicere? Soli, qui memoriae vigent, sciunt, quid et quatenus et quomodo dictari sint, cui responderint, quid supersit; iidemque multa ex aliis causis aliquando a se acta, multa ab aliis audita meminerunt. Atque confiteor 25 eisdem hujus boni naturam esse principem¹⁾, sicut rerum omnium; verum tamen neque tam acri memoria fere quisquam est, ut non dispositis notatisque rebus²⁾, ordinem verborum aut sententiuarum complectatur, neque vero tam hebeti, ut nihil hac conscientiae et 40 exercitatione adjuvetur. Videlicet enim hoc prudenter, sive Simonides sive alius quis invenit, ea maxime animis adfigi nostris, quae essent a sensu tradita atque impressa; acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum videndi; quare facillime animo 45 tenori posse ea, quae perciperentur auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commendatione³⁾ animis traderentur, et res cœcæ⁴⁾ et ab aspectu remote conformatio[n]e quadam et imagine et figura⁵⁾ ita notarentur, ut ea, quae cogitando complecti vix posse 55 intuendo quasi teneremus. His autem formis atque corporibus, sicut omnibus, quo sub aspectum veniunt, sede opus est; etenim corpus intellegi sine loco non potest. Quare locis est utendum multis, illustribus, explicatis, modicis intervallis; imaginibus autem agentibus⁶⁾, scribus, insignitis, que occurrente 65 celeriterque percutere animum possint. Neque verum est, quod ab inertibus⁷⁾ dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere et obscurari etiam id, quod per se natura tenere potuisse. Vidi enim ego summos

homines et divina prope memoria, Athenis Char- 80 madam, in Asia Scepsium Metrodoram, quorum uterque, tamquam litteris in cera, sic se ajebat imaginibus in his locis, quos haberet, quem meminisse vellet; prescribere. Quare hac exercitatione non erunda memoria est, si est nulla naturalis; sed certe, si est latet, evocanda est. (Cicern.)

¹⁾ „Lokalitetet”, f. Eks. Viareiser i et Hus. — ²⁾ „udformede i teller knytte til Billeder” (saar at f. Eks. ancora bliver Billedet ved navigatio). — ³⁾ „den første Kilde”. — ⁴⁾ d. v. a. de Genstands, man vil tale om; notare = „udpræge i Billeder”. — ⁵⁾ „Understetelse”. — ⁶⁾ „usynlige”. — ⁷⁾ conformatio[n]e et imagine et figura = „Udformning i Billeder og Skikkelses”. — ⁸⁾ „levende”. — ⁹⁾ sa. scimus = „fremstille sig for”. — ¹⁰⁾ „de, der ikke vil vide noget af denne Kunst”.

V.

C. Plinius Maxime sec. 8.

Amor in te mens cogit, non ut præcipiam (neque omni præceptore eges), admoneam tamen, ut, que acis, tenues et observes; aut¹⁾ nescire malius. Cogitate misam in provinciam Achiam, illam veram et meram Græciam, in qua primum humanitas, litteræ, et 5 etiam fruges²⁾ inventæ esse creduntur, missum ad ordinandum statum liberarum civitatum, id est, ad homines maxime homines, ad liberos maxime liberos, qui just³⁾ a natura datum virtute, meritis, amicitia, fideiore denique et religione⁴⁾ tonuerunt. Reverere 10 conditores heroes et numina deorum⁵⁾; reverere gloriam veterem et hanc ipream senectutem, que in homine venerabilis est, in urbibus sacra. Sit apud te honor antiquitati⁶⁾, sit ingentibus factis, sit fabulis quoq[ue]. Nihil ex eujusquam dignitate, nihil ex libertate, nihil otiam ex jactatione⁷⁾ decerpseris. Habe-

ante oculos hanc esse terram, quae nobis misericordia jura, quae leges¹⁾ non vici, sed potentibus dederit; Athenas esse, quas adeas, Lacedaemonem esse, quam regas; quibus reliquam umbram et residuum libertatis nomen eripere durum, fenni, barbarum est. Vides a medicis, quamquam in adversa valetudine nihil servi ac liberi differant, mollius tamen liberos clementiusque tractari. Recordare, quid queque civitas fuerit, non ut despicias, quod esse desierit; absit superbia, asperitas. Nec timueris contemptum²⁾; an contemnitur, qui imperium, qui fasces habet, nisi humili est et sordidus et qui se primus ipse contemnit? Male vim suam potestas aliorum contumelias experitur³⁾, male terrore veneratio adquiritur, longeque valentior amor ad obtinendum, quod velis, quam timor; nam timor abit, si recedas, manet amor, ac sicut ille in odium, his in reverentiam vertitur. Te vero etiam atque etiam (repetam enim) me minuisse oportet officii tui titulum⁴⁾ ac tibi ipsum interpretari, quale quantumque sit ordinare statum liberorum civitatum. Nam quid ordinatione civilius? quid libertate pretiosissima? porro quam turpe, si ordinatio eversione, libertas servitute mutetur! Accedit, quod tibi certamen est tecum: onerat te questuram tua fama, quam ex Bithynia optimam revesisti, onerat testimonium principis, onerat tribunatus, praetura atque hec ipsa legatio quasi præmium data. Quo magis nitendum est, ne in longinquâ provincia quam suburbana, ne inter servientes quam liberos, ne sorte quam judicio⁵⁾ missus, ne rudi et incognitus quam exploratus probalnusque humanior, melior, péritor fuisse videaris, quam sit aliqui, ut sepe audisti, stepe legisti, multo deformius amittere quam non adsequi laudem. Hæc velim credas, quod initio

dixi, scripsisse me admonentem, non præcipientem; quamquam præcipiantem quoque. Quidque non vereor, in amore ne modum excesserim; neque enim periculum est, ne sit nimium, quod esse maximum debet. Vale.
55

¹⁾ = „thi eller“ (nisi tenes et observas). — ²⁾ Det sigtes til Ceresmythen. Kornavlens er jo bande af storste Betrydning for Menneskets materielle Liv og for Civilisationens Udvikling. — ³⁾ d. v. s. libertatis jus. — ⁴⁾ „den samvittighedsfulde Overholdelse af festus“. — ⁵⁾ Det var ganske almindeligt ved de græske Byer, at de sagdes at være grundlagte af en eller anden Heros og staa under en eller anden Guds øerlige Beskyttelse. — ⁶⁾ „Oldtidstraditionerne“. — ⁷⁾ d. v. s. han maa ikke spotte over deres Lyst til at prale af deres guddommelige Oprindelse, deres store Bedrifter og berømte Mund i gamle Dage. — ⁸⁾ Decemvirerne skal jo have hentet deres Lovgivning særlig fra Athen. — ⁹⁾ nl. fra Grækernes Side, hvis du ikke optrunder bærek og hydende over for dem. — ¹⁰⁾ male experiter = male agit experiendo. — ¹¹⁾ officiū titulum = „hvad dit Hverv lyder paa“, nl. at du skal ordinare statum liberorum civitatum. — ¹²⁾ „Loddetes Tilfældighed“ (sors) havde i sin Tid gjort ham til Questor i Bithynien, medens det er „Kejsoren skousomme Valg“ (judicium), der har skueket ham denne Sendelse til Grækenland.

VI.

Favorinum philosophum, quem in hospitis sui Antiatem villam auctu anni concessisset, nosque ad eum videndum Roma venissemus, memini super Pindaro poeta et Vergilio in hunc formam disserere: „Amici“ inquit „familiaresque P. Vergili“ in his, quæ de ingenio moribusque ejus memoriam tradiderunt, dicere cum solitum forunt, parere se versus more araino¹⁾; namque ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum²⁾ informemque lambendoque id postea, quod ita edidisset, conformaret et fingeret, proinde 10 ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie

et imperfecta, sed deinceps tractando colendoque reddere iis se oris et vultus lineamenta³⁾). Hoc virum judicij⁴⁾ subtilissimi ingenii atque vere dixisse, 15 ipsa res⁵⁾ inquit „indictum facit; nam quæ reliquit perfecta expolitaque, quibusque imposuit census⁶⁾ atque dilectus sui supremam manum, omni poetae venustatis lande florent; sed quæ procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur⁷⁾, et absolvi, quoniam 20 mors proverterat, nequiverunt, nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque judicio digna sunt. Itaque quum morbo oppressus adventare mortem videret, petivit oravitque a suis amicissimis impense, ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset, adulerent. 25 In his autem⁸⁾ inquit, „quæ videntur retractari et corrigi debuisse, is maxime locus est, qui de monte Aetna factus est. Nam quum Pindari veteris poete carmen, quod de natura atque flagrantia montis ejus compositum est, emulari vellet, ejusmodi sententias 30 et verba molitus est⁹⁾, ut Pindaro quoque, qui nimis opima pinguique esse facundia¹⁰⁾ existimatus est, insolenter¹¹⁾ hoc quidem in loco tumidiorque sit.“

(A. Gelius.)

¹⁾ more ursina = „paa samme Maade som Bjernen sine Unger“. — ²⁾ „som ikke har nogen rigtig Skikkelse“. — ³⁾ reddere . . . lineamenta = „gav ham dem i alle de enkelte Træk det Udseende og den Skikkelse, de skulde have“. — ⁴⁾ „Smag“. — ⁵⁾ „Kritik“. — ⁶⁾ „underkastes en fornøjet kritisk Behandling“. — ⁷⁾ „habe ovenpaa hinanden“. — ⁸⁾ „Udtryksmæde, Forordrag“. — ⁹⁾ „opstyttet“.

VII.

In M. Porcio Catone tanta vis animi ingeniique¹²⁾ fuit, ut, quo cumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur. Nulla ans¹³⁾ neque pri-

vatoe neque publica: rei gerendæ ei defuit. Urbanas rusticæque res¹⁴⁾ pariter callebat. Ad summos honores 5 alios scientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris prævexit; huic versatile ingenium sic pariter aptum ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcumque ageret. In bello manu fortissimus miles multisque insignibus clarus pugnæ, idem, postquam 10 ad magnos honores pervenit, summus imperator; idem in pace, si jus consuleres, peritissimus, si causa oranda esset, eloquentissimus, nec is tantum, cuius lingua vivo eo viguerit, monumentum eloquentie nullum exstet; vivit immo vigetque eloquentia ejus 15 sacrata¹⁵⁾ scriptis omnis generis. Orationes et pro se multis et pro aliis et in alios; nam non solum accusando, sed etiam causam dicendo¹⁶⁾ fatigavit inimicos. Similitutes nimio plures¹⁷⁾, et quas alii cum eo exercuerunt, et quas ipse cum aliis exercuit; nec 20 facile dixeris, utrum magis presserit eum nobilitas an ille nobilitatem. Asperi procul dubio animi et linguae acerbæ et immodice libere fuit, sed invicti a cupiditatibus animi, rigidæ innocentie, contemptor gratiae et divitiarum. In parsimonia¹⁸⁾, in patientia 25 laboris percalique forrei prope corporis animique; quem ne senectus quidem, quæ solvit omnia, fregerit, qui sextum et octagesimum annum agens causam ipse pro se oraverit scripseritque, nonagesimo anno Ser. Galbam ad populi adduxerit judicium. (Livius.) 30

¹²⁾ „Viljekraft og Begavelse“. — ¹³⁾ „Evne“. — ¹⁴⁾ = negotia. — ¹⁵⁾ „foreviger“. — ¹⁶⁾ se: pro se, altius = „som anklaget“. — ¹⁷⁾ „skun altfor mange“. — ¹⁸⁾ „nej som Levende“.

VIII.

Anno n. c. septingentesimo undesepatuagesimo mancipii unius audacia, ni mature subventum¹⁹⁾ foret,

discordiis armisque civilibus rem publicam perculisset. Postumi Agrippae²⁾ servus, nomine Clemens, comperto fine Augusti pergero in insulam Planasiam et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non servili animo concepit. Ausa ejus impedit tarditas ouerarie navis; atque interim patrata cœde Agrippæ ad majora et magia præcipitia con- 10 versus furatur cineres³⁾ vectusque Casam, Etrurias promunturium, ignotis locis sece abdit, donec crinem barbamque promitteret⁴⁾; nam astate et forma hand dissimili in dominum erat. Tum per idoneos et se- 15 creti ejus socios erobrusevit vivere Agrippam, occultis primum sermonibus, ut velita solent, mox vago rumore apud imperitissimi cuiusque promptas aures⁵⁾ aut rursum⁶⁾ apud turbidos⁷⁾ eoque nova cupientes. Atque ipse adire municipia obscuro dici, neque pro- 20 palam aspici neque diutius fidem locis; sed quia veritas visu et mera, falsa festinatione et incertis⁸⁾ valescunt, relinquebat famam aut præveniebat⁹⁾. Vulgabatur interim per Italiam servatum munere deum Agrippam, credebatur Romæ; jamque Ostiam invectum multitudo ingens, jam in urbe clandestini 25 costas celebrabant, quum Tiberium anceps cura distrahere, vine militum servum suum coerceret an inanem credulitatem tempore ipso vanescere sineret; modo nihil spernendum, modo non omnia metuenda ambiguae pudoris ac metus¹⁰⁾ reputabat. Postremo 30 dat negotium Sallustio Crispo. Ille o clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) deligit atque horta- tur, simulata conscientia¹¹⁾ adeant, offerant pecuniam, fidem atque pericula¹²⁾ pollicentur. Exsequuntur, ut jussum erat; dein speculati noctem incustoditam, 35 accepta idonea manu, vinclum clauso ore in Palatum traxere. Percontanti Tiberio, quomodo Agrippa factus

esset, respondisse fertar: „quomodo tu Caesar¹³⁾. Ut ederet socia, subigi non potuit; nec Tiberius ponam ejus palam auras in secreta Palatii parte interfici jussit corpusque elam auferri; et quamquam multi e 40 domo principis equitesque ac senatoris sustentasse opibus, iuvise consiliis dicerentur, hand quoniam.

(Tacitus.)

¹⁾ „skridt ind derimod“. — ²⁾ Søn af Agrippa og Julia, en raa og vild Yngling, hvem Augustus havde forvist til øen Planasia; han blev dræbt der straks efter Augustus Død. — ³⁾ for at fjærne det sikreste Bavis for Agrippa Død. — ⁴⁾ saaledes man altsaa den landsforviste Agrippa havde set ud. — ⁵⁾ apud . . . aures — *ab imperitissimis quoque promptis auribus excepta*. — ⁶⁾ d. v. s. „hos Folk af en helt anden Slags, nemlig . . .“. — ⁷⁾ „troilige Hoveder“. — ⁸⁾ incertis — „ved at udbrede Dankethed over sig“. — ⁹⁾ forsvarst han stadig fra et Sted og dukkede op paa et andet, der Rygret ikke mædte om hans Opholdsted.“ — ¹⁰⁾ — *ambiguae inter pudorem ac metum*. — ¹¹⁾ „lade, som om de vilde tynde i Forbindelse med ham“. — ¹²⁾ *pericula* — „at ville dele alle Farer med ham“.

IX.

Seneca Iacilio suo salutem.

Subinde me de rebus singulis¹⁾ tuis consulis, oblitus vasto nos mari dividi. Quam magna pars consilii sit in tempore²⁾, necessæ est evenire, ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea, quam jam contraria potior est. Consilia enim rebus 5 aptantur; res nostræ feruntur, immo volvantur³⁾; ergo consilium nasci sub die debet, et hoc quoque tardum est nimis; sub manu⁴⁾, quod ajunt, nascitur. Quemadmodum autem inveniatur, ostendam. Quo- 10 tiens, quid fugiendum sit aut quid petendum, voles scire, ad summum bonum et⁵⁾ propositum totius vita- tua respice; illi enim consentire debet, quidquid

agimus; non disponet singula, nisi cui jam vita sua summa¹⁾ proposita est. Nemo, quamvis paratos habeat 15 colores, similitudinem reddet, nisi jam constat, quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus vita omnes deliberamus, de toto nemo deliberat. Scire debet, quid petat, ille qui sagittam vult mittere, et tunc derigere ac moderari manu telum; errant²⁾ consilia nostra, quia non habent, quo derigantur. Ignoranti, quem portum petat, nullus suns ventus est; necesse est, multum in vita nostra casus possit, quia vivimus casu³⁾. Quibusdam autem evenit, ut quedam sciore se nesciant; quemadmodum querimus sepe 25 eos, cum quibus stiamus, ita plerumque finem summi boni ignoramus adpositum⁴⁾. Nec multis verbis nec circumita longo, quid sit summum bonum, colliges; dico, ut ita dicam, demonstrandum est nec in multa spargendum. Quid enim ad rem pertinet in particulas illud diducere, quim possis dicere: „Summum bonum est, quod honestum est“, et quod magis admireris: „Unum bonum est, quod honestum est“? Cetera falsa et adulterina bona sunt. (Seneca.)

¹⁾ *de rebus sing.* — „snart om en, snart om en anden enkelt Ting“. — ²⁾ *consilium est in tempore* — „det afhænger af Tiden og Omstændighederne, hvilken Beslutning man bør tage“. — ³⁾ „forandre sig i rivedende Fart“. — ⁴⁾ „i en Haandvending“. — ¹⁾ *et* — „og dermed ogsaa“. — ²⁾ „Hovedmalet“. — ³⁾ „blive forføjede“. — ⁴⁾ „paa man og fan“. — ⁵⁾ „skent det ligger ca ganske nær“.

X.

Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, neque sine pena aut coercitionibus agebant; neque premissis opus erat, quam honesta suopte ingenio peterent, et, ubi nihil contra

morem ouperent, nihil per metum vstabantur. At postquam exebatur aequalitas et pro modestia ac pudore¹⁾ ambitio et vis incedebat, provocare dominationes multosque apud populos aeternum mansere; quidam statim, aut postquam regum pertasum, leges maluerunt. Haec primo, radibus hominum animis, 10 simplices erant; maximeque fama celebravit Creten-sium, quas Minos, Spartanorum, quas Lycurgus, ac mox Atheniensium, quas quasitiores²⁾ jam et plures Solo prescripsit. Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat; dein Numa religionibus et divino jure 15 populum devinxit, repertaque quedam a Tullo et Anco; sed principius Servius Tullius sanctor legum fuit, quis etiam reges obtemperarent. Pulso Tarquinio adversum patrum factiones multa populus paravit tuendae libertatis et firmanda concordiae³⁾; creatique 20 decemviri, et accitis, quae usquam egregia, composite duodecim tabulae, finis⁴⁾ sequi juris; nam secutae leges, eti aliquando in maleficos ex delicto, supius tamen dissensione ordinum et apiscendi illicitos honores aut pellendi claros viros aliaque ob prava per vim 25 latas sunt. Hinc⁵⁾ Gracchi et Saturnini, turbatores plebis, nec minor largitor⁶⁾ nomine senatus Drusus; ac ne bello quidem Italico, mox civili, omissum, quin multa et diversa sciscerentur, donec L. Sulla dictator, abolitis vel conversis prioribus, quum plura addidisset, otium ejus rei haud in longum paravit; neque enim multo post tribunis reddita licentia, quoquo vellent, populum agitandi. Jamque non modo in commune, sed in singulos homines late, et corruptissima re publica plurimae leges. (Tacitus.)

¹⁾ „Hensynsføldhed“. — ²⁾ „mere konstruksionsige“. — ³⁾ *tuende l. et f. concordiae = tuende k. c. f. c. causa; samles ogsaa i Lin. 24—25 og ofte hos Tacitus. — ⁴⁾ *finis =**

„den sidste Lovgivning, der hvilede på . . . — ” „Af samme Forhold fremgik“. — ”som sålede med Indremmelse i Senatets Interesse“.

XI.

Ægyptiorum antistites sic memorant, Ptolemaeo regi, qui Macedonum primus in Ægypto opes firmavit, quum Alexandriæ recens conditæ mania templaque et religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio et majore quam humana specie juvenem, qui moneret, ut fidissimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret: letum¹⁾ id regno, magnamque et inclutum fore sedem, quæ eam exceperet; simul visum eundem juvenem in cælum igne plurimo attolli. Ptolemaeus omnino et miraculo exitus sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intellegere²⁾, nocturnos visus aperit; atque illis Ponti et externorum parum gñaris Timotheum Atheniensem e gente Eumolpidarum³⁾, quem ut antistitem ceremoniarum Eleusine exciverat, quenam illa superstitione⁴⁾, quod numen, interrogat. Timotheus, quesitus qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illuc esse Sinopen nec procul templum, vetere inter accolæ fama, Jovis Ditis⁵⁾; namque et muliebrem effigiem adspisters, quam plerique Proserpinam vocent. Sed Ptolemaeus, qui, ut sunt ingenia regum, pronus erat ad formidinem, sed, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum magis adpetens⁶⁾, neglegere paulatim aliasque ad euras animam vertere, donec eadem species terribilior jam et instantior exitium ipsi regnoque denuntiaret, ni jussa patrarentur. Tum legatos et dona Seydrothemi regi (is tunc Sionensis imperabat) expediri jubet præcipitque navigaturis, ut Pythicum Apollinem adeant. Illis

mare secundum, sors⁷⁾) oraculi hand ambigua: ‘irent 30 simulacrumque patrui sui reverenter, sororis relinquerent’. Ut Sinopen venore, manera, preces, mandata regis sui Seydrothemi adlegant; qui, varius animi, modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri, sepe donis promissisque legatorum 35 flectebatur. Atque interim triennio exacto Ptolemaeus non stadium, non preces omittere; dignitatem⁸⁾ legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. Tum minax facies Seydrothemi offertur, ne destinata deo ultra moraretur; cunctantem varia pernicies⁹⁾ 40 morbiq[ue] et manifesta celestium ira graviorque in dies fatigabat. Advocata ergo contione jussa numinis, suos Ptolemaeique visus, ingruentia mala exponit. Vulgus aversari regem, invidere Ægypto, sibi metuere templumque circumcedere. Major¹⁰⁾ hinc fama tradidit deum ipsum ad pulsas litoris naves sponte conscendisse. Deinde (mirum dictu!) tertio die tanum maris emensi Alexandriam adpelluntur. Templum pro magnitudine urbis exstructum in loco, cui nomen Rhacotis; fuerat illic sacellum Serapidi atque Isidi 50 antiquitus sacratum. Hoc de origine et advectu dei celeberrima. Nec sum ignorans esse quosdam, qui Seleneia urbe Syrie accitum dicant regnante tertio Ptolemaeo¹¹⁾; alii auctorem eundem Ptolemaeum, sedem, ex qua transierit, Memphis prohibent, inclusam olim et veteris Ægypti columnem¹²⁾. Deum ipsum multi Æsculapium, quod medeatur agris corporibus, quidam Osirin; antiquissimum illis gentibus numen, plerique Jovem ut rerum omnium potentem, plurimi Ditem patrem insignibus¹³⁾, que in ipso manifesta, 60 aut per ambages¹⁴⁾ conjectant. (Tacitus.)

¹⁾ „lykkebringende“. — ²⁾ = *interpretari*. — ³⁾ en Præstefamilie, som fra ældgamme Tid havde lejet Demeters Kultus

(Mysterierne) i Eleusis; T. skalde indrette denne Kultus (høstegnet ved cerimoniae), der indførtes i Alexandria, paa den rette Vis. — ¹⁾ „Gudsdyrkelse“, den, som Synet havde påbadt at indføre. — ²⁾ o: Platon. — ³⁾ som har Lyst til ..., Tanke for r. — ⁴⁾ — responsum. — ⁵⁾ „Blaag“. — ⁶⁾ „Plagor“. — ⁷⁾ = etiam *maiora et minora narrare*. — ⁸⁾ d. v. s. Ptolemaeus Euergetes. — ⁹⁾ „Krone“. — ¹⁰⁾ „Attributer“. — ¹¹⁾ „ved kunstige Kombinationer“.

XIII.

Omnis vitiosa jactatio est, eloquentiae tamen in oratore præcipue, adfertqne audientibus non fastidium modo, sed plerumque etiam odium. Habet enim mens nostra sublime quiddam et erectum at impatiens superioris; ideoque submittentes se libenter adlevamus, quia hoc facere tamquam majores vide-
mūr et, quotiens discussit simulatio¹⁾, succedit huma-
nitas. At qui se supra modum extollit, premere ac despiciere creditur nec tam se majorem quam minores
10 ceteros facere. Inde invident humiliores (hoc vitium est eorum, qui nec cedere volunt nec possunt con-
tendere), rident superiores, improbant boni. Ple-
rumque vero deprendas adrogantium falsam de se
opinionem; sed in veris²⁾ quoque sufficit conscientia.
15 Reprehensus est in hac parte³⁾ non mediocriter Cicero, quamquam is quidem rerum a se gestarum major quam eloquentiae fuit, in orationibus atque, jactator. Et plerumque illud quoque non sine aliqua ratione fecit; aut enim cuebatur eos, quibus erat
20 adjutoribus usus in opprimenda conjurations, aut respondebat invidis, quibus tamen non fuit par, servatis patris peccata passus exilium; itaque illorum, que egerat in consulatu, frequens commemoratione potest videri non glorijs⁴⁾ magis quam defensioni

data. Eloquentiam quidem, quum plenissimam diverse 25 partis advocatis concederet, sibi numquam in agendo immodice adrogavit; illius sunt enim: „Si quid est, judices, ingenii in me, quod sentio quam sit exiguum“ et: „Quod ingenio minus possum, subsidium mihi diligentia comparavi“. Quin etiam contra Q. Ceciliū so de accusatore in Verrem constituendo, quamvis mul-
tum esset in hoc quoque momenti, ut ad agendum magis idoneus veniret, dicendi tamen facultatem magis illi detrahit quam adrogavit sibi, sequo non consequuntur, sed omnia fecisse, ut posset eam conse-
qui, dixit. In epistolis aliquando familiariter apud amicos, nonnumquam in dialogis, aliena tamen per-
sona⁵⁾, verum de eloquentia sua dicit:

(Quintilianus.)

¹⁾ „Rivalitet“. — ²⁾ — ubi vera de se aliquis opinetur. — ³⁾ — re. — ⁴⁾ — jactationi. — ⁵⁾ alieno persone — „salodes at huius legger det i en andens Mund“.

XV.

Silentium et recessus et undique liber animus, ut sunt maxime optanda, ita non semper possunt contingere, ideoque non statim, si quid obstrepet, abiciendi codices¹⁾ erunt et deplorandus dios, verum incommodis repugnandum et hic faciendus usus, ut 5 omnia, quae impediunt, vineat intentio; quam si tota mente in opus ipsum derexeris, nihil eorum, quae oculis vel auribus incurvant, ad animum perveniant. An vero frequenter etiam fortuita hoc cogitatio praestat, ut obvios non videamus, non consequemur 10 idem²⁾, si et voluerimus? Non est indulgendum³⁾ causis desidium; nam si non nisi refecti, non nisi hilariss, non nisi omnibus aliis curiis vacantes stu-

dendum existimari mus, semper erit, propter quod
nobis ignoramus. Quare in turba, itinere, convivis
etiam faciat sibi cogitatio ipsa secretum. Quid alio-
qui fiet, quam in medio foro, tot circumstantibus
judicis, iugis, fortuitis etiam clamoribus, erit subito
continua oratione dicendum, si particulas, quas curis
mandamus, nisi in solitudine repetire non possumus?
Propter quas ille tantus amator secreti Demosthenes
in litore, in quod se maximo cum sono fluctus illi-
deret, meditans conservabat contionum fremitus non
expavescere. (*Quintilianus.*)

¹⁾ „Skrivelstaver“, Klædebeger, hvori Taleron gør sine
Ødkast, naar han over sig. — ²⁾ Om Periodens Bygning se
Mdy. 288 Ann. 2; L. II, 66. — ³⁾ „give efter tur“.

XVI.

Anno u. c. DLXXXIII P. Licinio C. Cassio con-
sulibus non urba tantum Roma nec terra Italia, sed
omnes reges civitatesque, que in Europa queque in
Asia erant, converterant animos in curam¹⁾ Mace-
donici ac Romani belli. Enmenum quum vetus odium
stimulabat tum recens ira, quod scelere Persei prope-
ut victimae mactatus Delphis esset. Prusias, Bithynie
rex, statuerat abstinere armis et quietus eventum
expectare; nam neque Romanos posse aquum cen-
sere²⁾, adversus fratrem uxoris se arma ferre, et
apud Persea victorem³⁾ veniam per sororem impetrabi-
le fore. Ariarathes, Cappadociam rex, preterquam
quod Romanis suo nomine⁴⁾ auxilia pollicitus erat,
ex quo est junctus Enmeni adfinitate, ei in omnia
belli pacisque se consociaverat consilia. Antiochus
imminebat quidem Ægypti regno, et pueritiam regis
Ptolemai et inertiam tutorum sprenens, et ambigendo

de Coele Syria causam belli se habiturum existimabat
gestarumque id sine ullo impedimento, occupatis
Romanis in Macedonicis bello; quae vellent tamen 20
omnia et per suos legatos senati et ipse legatis
eorum enixe pollicitus erat. Ptolemaeus propter
statum alieni etiam tum arbitrii erat⁵⁾; tutores et
bellum adversus Antiochum parabant, quo vindicarent
Coelen Syriam, et Romanis omnia pollicebantur ad 25
Macedonicum bellum. Masinissa et frumento juvabat
Romanos et auxilia cum elephantis Misageneque
filium mittere ad bellum parabat; consilia autem in
omnem fortunam⁶⁾ ita disposita habebat: si penes
Romanos victoria esset, sua quoque in eodem statu 30
mansura esse, neque ultra quicquam movendum⁷⁾;
non enim passuros Romanos vim Carthaginiensibus
affirri; si fractae essent opes Romanorum, quae tum
protegerent Carthaginienses, suam omnem Africam
fore. Gentius, rex Illyriorum, fecerat potius, cur 35
suspectus esset⁸⁾ Romanis, quam satis statuerat,
ultra foveret partem, impetuque⁹⁾ magis quam con-
silio his aut illis se adjuncturas videbatur. Cotys
Thrax, Odrysarum rex, clam Macedonum partis erat.

Hec sententia regibus quum esset de bello, in 40
liberis gentibus populisque¹⁰⁾ volgas ubique omnis
ferme, ut solet a deterioribus stare, ad regem Mace-
donasque inclinabat; principum diversa cernores
studia. Pars ita in Romanos effusi¹¹⁾ erant, ut an-
toritatem immodico favore corrumperent, panici ex 45
his justitia imperii Romani capti; plures ita, si prae-
cipuam operam navassent, potentes aeso in civilati-
bus suis futuros rati. Pars altera regis adulatioinis
erat: quosdam se alienum et desperatio rerum
suarum, eodem manente statu¹²⁾, precipites ad 50
novanda omnia ugebat, quosdam ventosum ingenium,

quia ad Persea magis aura popularis¹³⁾ ferebat. Tertia pars, optima eadem et prudentissima, si utique optio domini potioris daretur, sub Romanis quam sub rege malebat esse; si liberum sumendum arbitrium fortunae esset, neutram partem volebant potentiores altera oppressa fieri, sed illibatis potius viribus utriusque partis pacem ex aequo¹⁴⁾ manere; ita inter utrosque optimam condicionem civitatum fore, proterea gente altero semper inopem ab alterius injuria. Hoc sentientes certamina fautorum utriusque partis taciti ex tuto spectabant. (Livius.)

¹⁾ „havde henvendt deres interesseerede Opmærksomhed paa“. — ²⁾ „med Billighed forlange“. — ³⁾ — si vicisset. — ⁴⁾ „for sit eget Veilommende“; *præterquam quod . . . ex quo non modo . . . sed ex quo*. — ⁵⁾ „og ik i andres Ledebaan“. — ⁶⁾ „for ethvert Tilfældes Skyld“. — ⁷⁾ „og han burde ikke gaa videre i sine Udvidelseplaner“. — ⁸⁾ „I fecerat, cur susp. esset R.“. — „havde givet R. Grund til at mere Mistanke til sig“. — ⁹⁾ „after tilfældigt Lane“. — ¹⁰⁾ *populi* = „Bystater“. — ¹¹⁾ „overdrovent begejstredes“. — ¹²⁾ — si idem maneret status. — ¹³⁾ „Folkegunstens Vind var hen mod P.“. — ¹⁴⁾ „med ligeligt Styrkeforhold for begge Parter“.

PARTICULA XI.

I.

C. Plinius Avito suo S.

Longum est altius repeter¹⁾ (nec refert), quemadmodum acciderit, ut homo minime familiaris cenarem apud quendam, ut sibi videbatur, laetum et diligentem²⁾, ut mihi, sordidum simul et sumptuosum. Nam sibi et paucis opima quedam, ceteris vilia et

minuta ponebat. Vinum etiam parvulis lagunculis in tria genera discriperat, non ut potestas eligendi, sed ne jus esset recusandi, aliud sibi et nobis, aliud minoribus amicis (nam gradatum amicos habet), aliud suis nosrisque libertis. Animadvertisit, qui mihi proximus recumbebat, et, an probarem, interrogavit. Negavi. „Tu ergo³⁾ inquit „quam consuetudinem sequeris?“ Respondi: „Eadem omnibus pono; ad cenam enim, non ad noctam⁴⁾ invito, cunctisque rebus exequo, quos mensa et toro sequavi.“ — „Etiamne libertos?“ — „Etiam; convictores enim tunc, non libertos puto.“ Et ille: „Magno tibi constat.“ — „Minime.“ — „Qui fieri potest?“ — „Quia scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti.“ Et hercule, si gulæ temperes, non est onerosum, quo utaris ipse, communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumptibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continua quia aliena contumelia consulias. Quorsus haec? Ne tibi, optime indolis juveni, quorundam in mensa luxuria specie frugalitatis imponat. Convenit autem amori in te meo, quotiens tale aliquid incident, sub exemplo præmonere, quid debes fugere. Igitur memento, nihil magis esse vitandum quam istam luxuriam et sordium novem societatem; que quum sint turpissima discreta ac separata, turpius junguntur. Vale.

¹⁾ *altius repeter* — *gaa nærmere (dybere) ind paa det Spørgsmaal*. — ²⁾ — *et tamen diligentem* („sparsom“). — ³⁾ „Særtning“.

II.

Vitellius fractis apud Cremonam¹⁾ rebus nuntios clavis occultans stulta dissimulations²⁾ remedia potius

malorum quam mala differebat²⁾; quippe confitenti³⁾ consultantque supererant spes viresque; quum e contrario latia omnia fingeret, falsis ingravescebat. Mirum apud ipsum de bello silentium; prohibiti per civitatem sermones, eoque plures; ac, si licet, vera narratur⁴⁾, quia vetabantur, atrociora vulgaverant. Nec duces hostium augendas cladis famae deerant, 10 captos Vitellii exploratores circumducolesque, ut robora victoris excreitus noscerent, remittendo; quos omnes Vitellius secreto personatus interfici jussit. Notabili⁵⁾ constantia centario Julius Agrestis post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem⁶⁾ frustra accendebat, perpulit, ut ad vires hostium spectandas, quasque apud Cremonam aucta forent, ipse mitteretur. Nec explorations occulta fallare Antonium Primum, legatum Vespasiani, templavit, sed mandata imperatoris sumunque animum professus, 20 ut cuncta viseret, postulat. Missi, qui locum prolii, Cremonie vestigia⁷⁾, captas legiones ostenderent. Agrestis ad Vitellium remeavit, abnuevitque vera esse, quo adferret, atque ultro⁸⁾ corruptum arguenti: „Quando quidem” inquit „magno documento opus est, nec aliis iam tibi aut vite aut mortis moe usus, dabo, cui credas”; atque ita digressus voluntaria morte dicta firmavit. Quidam jussu Vitellii interficunt, de fide constantiaque eadem tradidere.

(Tacitus.)

¹⁾ Her var hans Hær blevet slaaet af Vespasians Hærfører Antonius Primus. — ²⁾ „Fordolgelse af Sandheden”. — ³⁾ mala differebat — „holdt sig Ulykken fra Livet”. — ⁴⁾ — si confiteretur („tilstaa for sig selv”) veritatem. — ⁵⁾ narratur — si qui narravissent. — ⁶⁾ — memorabili. — ⁷⁾ virtus — „at handle som en Mand”. — ⁸⁾ „Ruiner”; Byen var efter Slaget blevet plyndret og stukket i Brand af Sejrherrerne. — ⁹⁾ „endegaaet”.

IV.

Ciceronis est liber, qui ‘Brutus’ inscribitur, in eujus extrems parte (nam prior commemorationem veterum oratorum habet) sua initia, suos gradus, suu eloquentia velut quandam educationem refert; se apud Q. Mucium jus civile didicisse, apud Philionem Academicum, apud Diodotam Stoicum omnes philosophiae partes penitus hauissee; neque illi doctoribus contentum, quorum ei copia in urbe contigerat, Achaiam quoque et Asiam peragrasse, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non geometriae, non musicæ, non grammaticæ, non denique ullius artis ingeniose scientiam ei defuisse. Ille dialecticas subtilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum motus causasque¹⁾ cognoverat. Ita est enim: ex multa eruditio et plurimis artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat²⁾ illa admirabilis eloquentia; neque oratoris vis et facultas³⁾, sicut ceterarum artium, certarum rerum angustis et brevibus terminis studitur, sed is est orator, qui de omni questione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audientium possit. Hoc sibi illi veteres persuaserant; ad hoc efficiendum intellegebant opus esse, non ut in rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis nec allo modo ad veritatem accidentibus controversis lingvam modo et vocem exercerent, sed ut illis artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto et turpi, de justo et injusto disputarent. Hoc enim est oratori subiecta ad dicendum materia; de quibus rebus et varie et ornate nemo dicere potest, nisi qui cognovit

naturam humanam et vim virtutum pravitatemque
vitiorum et habet intellectum eorum, quo nec in
36 virtutibus nec in vitiis numerantur^{1).}

(Dialogus de Oratoribus.)

¹⁾ d. v. s. „Læren om r. m. c.” (Fysiken). — ²⁾ erindat
et exuberat = „fremgaard med hele sin rige Fylde”. — ³⁾ „Op-
gave og Virksomhed”; der er sat oratoris for at undgåna Gen-
tagelsen af eloquentia. — ⁴⁾ Smikernes til Skønhet, som Rig-
dom, Sundhed, Styrke, Skønhed eller det modsatte.

V.

C. Plinii Fusco suo 8.

Quavis, quemadmodum in secessu, quo jam diu
frueris, putem te studere oportere. Utile in primis,
et multi præcipiunt, vel ex Graeco in Latinum vel
ex Latino vertere in Graecum; quo genere exercita-
tionis proprietas¹⁾ splendorqus verborum, copia figu-
rarum, vis explicandi, præterea imitatione optimorum
similia inveniendi facultas paratur; simul, quæ le-
gentem fæbellissent, transferentem fugere non pos-
sunt. Intelligentia ex hoc et judicium adquiritur.
10 Nihil obfuerit, quæ legeris hactenus, ut rem argu-
mentumque teneas, quasi ænulum scribere lectisque
scripta conferre ac sedulo pensitare, quid tu, quid
ille commodius; magna gratulatio, si nomnulla tu,
magnus pudor, si cuncta ille melius. Licebit inter-
15 dum et notissima eligere et certare cum electis:
audax haec, non tamen improba, quia secreta, con-
tentio; quamquam multos videmus ejusmodi certa-
mina sibi cum multa laude sumpsisse, quosque sub-
seqni satis habebant, dum non desperant, antecessisse.
20 Poteris et, quæ dixeris ipso, post oblivionem retrac-
tare, multa retinere, plura transire, alia interscribere,
alia rescribere; laboriosum istud: et tedium plenum,
sed difficultate ipsa fructuosum, recalescere ex integræ

et resumere impetum fractum omissumque, pôstremo
nova velut membra peracto corpori intexere nec 25
tamén priora turbare. Scio nunc tibi esse præcipuum
studium orandi; sed non ideo semper pugnacem
hunc et quasi bellatorum stylum evaserim. Ut enim
terre variis mutatisque seminib; ita ingenii nostra
num haec nunc illa meditatione²⁾ recoluntur^{3).} Volo 30
interdum aliquem ex historia locum adprehendas,
volo epistulam diligentius scribas. Nam æpe in
oratione quoque non historicarum modo, sed prope
poeticarum descriptionum necessitas incidit; et pres-
ens sermo purusque ex epistulis petitur.

¹⁾ „Nejagtighed”. — ²⁾ „Øvelse”. — ³⁾ „Friskes op”.

VII.

Alexandro Babylone mortuo non maris urbis
luctus continebatur, sed proximam regionem ab ea,
deinde magnam partem Asiae ois Euphraten tanti
mali fama mox pervaserat. Ad Darii quoque matrem
Sisigambin celeriter perlata est. Abscisa ergo veste, 5
qua induita erat, lugubrem sumpsit laceratisque crimi-
bus humi corpus abjecit. Adsidebat ei altera ex
neptibus¹⁾, nuper amissum Hephaestionem, cui nap-
serat, lugens propriasque causas doloris in communis
missatia retractans. Sed omnium suorum mala Sisi- 10
gambis una capiebat²⁾; illa suam, illa neptium vicem
flebat. Recens dolor etiam præsterita revocaverat;
crederes modo amissum Dareum et pariter misera
duorum filiorum exsequias esse ducendas. Flebat
simil mortuos vivosque: quen enim puellarum ac- 15
turum esse curam? quen alium sibi futurum Alex-
andrum? iterum esse se captas, iterum excidisse
regnum; qui mortuo Darseo ipsas inuetetur, repperisse,

qui post Alexandrum respiceret, utique non reper-
20 turas. Subibat inter hunc animum, octoginta fratres
suos eodem die ab Oeho³⁾ savissimo regum trucidato-
res adjectumque stragi tot filiorum patrem; et septem
liberis, quos genuisset ipsa, unum superasse, ipsum
Darenum; cum floruisse paulisper, ut crudelius posset
25 existigi. Ad ultimum dolori succubuit, obvolutoque
capite accidentes genibus suis neptum nepotemque
aversata oboe pariter abstinuit et Iuce. Quinto, post-
quam mori statuerat, die extincta est. Magnum
prefecto Alexandri indulgentiae in eam justitiaeque
30 in omnes captivos documentum est mors hujus, quia,
quam sustinuissest post Dareum vivere, Alexandro
easo superstes erubuit. Et hercule juste estimantii-
bus regem liquet, bona natura ejus fuisse, vitia vel
fortuna⁴⁾ vel etatis. Vis incredibilis animi; laboris
35 patientia propemodum nimia; fortitudo non inter
regos modo excellens, sed inter illos quoque, quorum
hinc sola virtus fuit; liberalitas semper majora tri-
buens, quam a dis petuntur; clementia in devictos
(tot regna aut reddita, quibus ea ademerat bello, aut
40 dono data); mortis, cuius metus ceteros examinit,
perpetua contemptio; gloria laudisque ut justo major
cupido, ita et juveni et in tantis nec amittenda⁵⁾
rebus; jam pietas orga parentes, quorum Olympiada
immortalitatē consecrare decreverat, Philippum ultus
45 erat; jam in omnes fere amicos bonitatem, erga mi-
litias benevolentia; jam consilium per magnitudini
animi et, quantam vix poterat utras ejus capere,
sollertia: ingentes prefecto dotes erant. Vitia illa
fortunae: dis æquare se et ecclesias honores asserere
50 et talia avadentibus oraculis credere et dædignantibus
venerari ipsum vehementius, quam par esset,
irasci, in externum habitum matare corporis cultum;

imitari devictarum gentium mores, quos ante victoriā
approverat. Nam iracundiam et cupidinem
vini⁶⁾ sicut juventa irritaverat, ita senectus mitigare
potuisset. Fatendum est tamen, quoniam plurimum
virtuti debuerit, plus debuisse fortunæ, quam volus⁷⁾
omnium mortalium in potestate habuit. Quotiens
illum a morte revocavit! quotiens temere in peri-
cula vectum perpetua facilitate protexit! Vitæ quo-
que finem eundem illi quem gloria statuit: expecta-
vere cum fata, dum, Oriente perdomito adiisque
Oceano, quidquid mortalitas capicbat, impleret.

(Curtius.)

¹⁾ Dareus's Datre. — ²⁾ „bar paa een Gang“. — ³⁾ Til-
navn for den tyranniske Konge Artaxerxes III. + 338. —
„Johans Stilling“ med den store Magt, den gav ham. — ⁴⁾ „som
end ikke turde savnes han en Yngling, tilmed i saa høj en
Stilling“. — ⁵⁾ Dette var hans etatis vita. — ⁶⁾ „i en en-
staende Ord blandt“.

IX.

Quam multos cives adversus patriam ingratos
videmus usque in ultima ejus exitia! Ingratus est
Coriolanus, sero et post sceleris penitentiam plus⁸⁾;
posuit arma, sed in medio parricidio posuit. Ingratus
Catilina: parum est illi capere patriam, nisi avertorit, 5
nisi Allobrogum in illam cohortes immiserit, et trans
Alpes accitus hostis vetera et ingenita odia sati-
verit ac diu debitas inferias Gallicis bustis dnoes
Romanos persolverit. Ingratus C. Marius, ad con-
sulatus a caliga perductus, qui, nisi Cimbricis cedi-
bus Romana fumera sequaverit, nisi civilis exitii et
trucidationis non tantum dederit signum, sed ipse
signum fuerit⁹⁾, parum repositam in priorem locum
fortunam suam sentiet. Ingratus L. Sulla, qui pa-

16 triam durioribus remediis, quam pericula erant, sanavit, qui, quum a Praenestina arce usque ad Collinam portam per sanguinem humanum incessisset, alia edidit in urbe proelia, alias excedes; legiones duas, quod crudelē est, post viatoriam, quod nefas, post 20 fidem⁵⁾ in angulo⁶⁾ congestas contrucidavit et proscriptionem commentus est, ut, qui civem Romanum occidisset, impunitatem, pecuniam, tantum non civiciam acciperet. Ingratus Cn. Pompejus, qui pro tribus consulatibus, pro triumphis tribus, pro tot hono- 25 ribus, quos ex maxima parte immaturus invaserat, hanc gratiam rsi publice reddidit, ut in posses- sionem ejus alios quoque inducret, quasi potentissime suse distracturus invidiam, si, quod nulli licere debobat, pluribus louisset. Ingratus ipse Pompeji hostis 30 ac victor: a Gallia Germaniaque bellum in urbem circumagit, et ille plebicolor, ille popularis castra in circu Flaminio posuit, propius, quam Porsinnae fuerant. Temperavit quidem jus crudelitatemque vic- toriae; quod dicens solebat, præstitit: neminem occidit 35 nisi armatum. Quid ergo est?⁷⁾ Ceteri arma cru- entius exercuerunt, satiata tamen aliquando abjecerunt; hic gladium oīe candidit, numquam posuit. Ingratus Antoninus: dictutorem suum collegamque⁸⁾ jure cæsum pronuntiavit, interfectores ejus in pro- 40 vinciss et imperia dimisit; patram vero proscrip- tionibus, incursionibus, bellis laceratam post tot mala destinavit ne Romanis quidem regibus⁹⁾, ut, quo Achæis, Rhodiis, plerisque urbis clavis ius in- 45 tegrum libertatemque cum immunitate reddiderat, ipsa tributum spadonibus penderet. (Seneca.)

⁵⁾ „som . . viste sig som en god Sen af Finnealandet“. — ⁶⁾ idet hæs Ankomst til Rom med Cinna netop blev Signetet til Myrdejernes Begyndelse. — ⁷⁾ sc. datum — „efter at ha-

havde lovet dem Skænsel“. — ⁸⁾ Der menes den Bygning på Campus Martius, som kaldtes villa publica. — ⁹⁾ Nas, men hvad er der da at sige mod ham? — ¹⁰⁾ Caesar og A. var Konsuler sammen Aar 44, og Caesar var tillige dictator perpetuus. — ¹¹⁾ Seneca fremstiller det, sum om det havde været A.'s Agt at gøre Kleopatra og hendes Barn med ham til Rom's Herre.

X.

Quintilins Varus, illustri magis quam nobili¹⁾ ortus familia, vir fuit ingenio mitis, moribus quietus, ut corpore ita animo immobilior, otio magis castrorum quam bellicis adscitus militis²⁾; pecunie vero quam non contemptor, Syria, cui præfuerat, declaravit, quam pauper divitom ingrossus dives pauporem reliquit. Is quum exercitui, qui erat in Germania, præcesset, concepit³⁾ Germanos esse homines, qui nihil protor vocem membraque habereunt hominum, quique gladiis domari non poterant, posse jure⁴⁾ malceri. Quo 10 proposito medianum ingressus Germaniam volut inter viros pacis gaudentes dulcedine jurisdictionibus trahebat festiva. At illi, quod nisi expertus vix credat, in summa feritate versutissimi, simulantes fictas litiam series et nunc provocantes alter alterum in 15 jurgia, nunc agentes gratias, quod ea Romana iustitia finiret, feritasque sua bonitatem incognitæ discipline mitesceret, et solita armis discerni jure terminarentur, in summam sociordiam perduxere Quintilium, usque eo, ut se protoram urbanum in foro jus dicere, 20 non in mediis Germanis finibus exercitui præesse crederet. Tum juvenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum promptius ingenio, ardorem animi vultu oculisque praferens, nomine Arminius, Sigimeri principis gentis ejus filius, adsiduus 25 militis nostræ prioria⁵⁾ comes, jus etiam civitatis

Romanis et decus equestris consecutus gradus, sepnitia ducis in occasionem sceleris usus est, haud imprudenter speculatus neminem certius opprimi, quam qui nihil timeret, et frequentissimum initium esse calamitatis securitatem. Primo igitur paucos, mox plures in societatem consilii recepit; opprimi posse Romanos et docet et persuadet; decretis facta jungit, tempus insidiarum constituit. Id Vario per virum ejus gentis fidelem clarique nominis, Segeston, indicatur; obstabant tamen fata consilii omnemque animi ejus aciem praetrinxerant. Quippe ita se res habet, ut plerumque, cuius fortunam mutaturus est deus, ejus consilia corrumpat efficiatque, quod miserum est, ut, quod accidit ei; etiam merito accidisse videatur, et casus in culpam transeat. Negat itaque se credere; nec diutius post primum indicem secundo relictus locus. Igitur exercitus omnium fortissimus, disciplina, manu experientiaque bellorum inter Roros manus milites princeps, marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunae circumventus, inclusus silvia paludibusque insidiis ab eo hoste ad internacionem trucidatus est, quem ita semper more peccatum trucidaverat, ut vitam aut mortem ejus nunc ira nunc venia temporaret⁴⁾). Duci plus ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit; quippe paterni avitique exempli⁵⁾ successor se ipse transfixit. At Vala Numonius, legatus Vari, cetera quietus ac probus, diri auctor exempli spoliatum equite peditem relinquens fuga cum aliis Rhenam petere ingressus est. Quod factum ejus fortuna ulta est; non enim desertis superfuit, sed desertor occidit. Vari corpus semiustum hostilis laceraverat feritas; caput ejus abscisum latumque ad Maroboduum⁶⁾ et ab eo missum ad

Cesarem gentilicij tamen tumuli sepultura honora-
tum est. (*Vellejus Paterculus*.)

⁴⁾ Familien var gammel patricisk, men det var længere Tid siden, at nogen af den havde beklædt et curulek Embete. — ⁵⁾ belica militis — „virkelig Krigstjeneste“. — ⁶⁾ satte han sig den Forestilling i Hovedet. — ⁷⁾ „Retapleje“, — ⁸⁾ den Krig i Germanie, som Tiberius havde ført 4—8 e.t. Chr. — ⁹⁾ „raadede for, traf Hostemælseen om“. — ¹⁰⁾ Hans Fader havde ladet sig dræbe af sine Frigivne efter Slaget ved Philippi; om Bedstefaderen videt. — ¹¹⁾ se Part. V, 20, Ann. 2.

XIV.

Potentissimis et in altum sublatis hominibus excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis preferant; cupiant interdum ex illo fastigio suo, si tuto licet, descedere. Divus Augustus, cui di plura quam ulli praestiterant, non s' desiit quietem sibi precari et vacationem a re publica potere; omnis ejus sermo ad hoc semper revolutus est, ut speraret otium. Hoc labores suos, etiam si falso, dulci tamen oblectabat¹⁾ solacio, aliquando se victorum sibi. Qui omnia videbat ex se uno pendentia, qui hominibus gentibusque fortunam dabat, illum diem letissimum cogitabat, quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat, quantum illa bona per omnes terras fulgentia sudoria exprimerent, quantum occultarum sollicitudinum tegerent; itaque otium optabat, in hujus spe et cogitatione laborosus ejus residebant, hoc votum erat ejus, qui voti compotes facere poterat. M. Cicero inter Catilinas, Clodios jactatus Pompejosque et Crassos, partim manifestos faimicos, partim dubios amicos, dum fluctuatur cum re publica et illam pessum euntrem tenet, novissima abductus²⁾, ne secundis rebus quietus nec adver-

sarum patiens, quotiens illum ipsum consulatum suum non sine causa sed sine fine laudatum²⁾ detestatur!
 25 quam fl̄biles voces exprimit in quadam ad Atticum epistula, jam victo patre Pompejo, adhuc filio in Hispania fracta arma refoventur! „Quid agam“ inquit „hic, quoris. Moror in Tusculano meo semiliber.“ Alia deinceps adicit, quibus et priorem statem comp̄ plorat et de presenti queritur³⁾ et de futura desperat. Semiliboram se dixit Cicero; at mehercales numquam sapiens in tam humile nomen procidet, numquam semiliber erit, integræ semper libertatis et solidæ, solitus et sui juris et altior ceteris. Quid 35 enim supra eum potest esse, qui supra fortunam est? Livius Drusus, vir acer et vehemens, quum leges novas et mala Gracchana⁴⁾ movisset, stipatus ingenti totius Italæ costu, exitum rerum non pavidens, quas nec peragere licet nec jam liberum erat semel 40 incohatus relinquit, exsecratus inquietam a primordiis vitam dicitur dixisse, uni sibi ne puero quidem umquam ferias contigisse. Sero querebatur nullas sibi ferias contigisse, a puero sediticus et foro gravis⁵⁾. Disputatur, an ipse sibi manus attulerit; 45 subito enim vulnera accepto collapsus est, aliquo dubitante, an mors ejus voluntaria esset, nullo, an tempestiva. Supervacuum est commemorare plures, qui, quamvis aliis felicissimi viderentur, ipsi in se verum testimonium dixerunt; perosi omnem actam⁶⁾ 50 annorum saeculum; sed his querellis nec alios mutaverunt nec se ipsos. (Seneca.)

¹⁾ „forsede“. — ²⁾ „adlectus“ — „som blev revet med i dens Fald“ (hertil hører Svartingen: dum . . . tenet). — ³⁾ nl. af ham selv. — ⁴⁾ „ytter sin Utlidretshed“. — ⁵⁾ „af samme Art som Gracchornes“. — ⁶⁾ „en Plage for“. — ⁷⁾ act. annorum — „Afsligt af deres Liv“.

XV.

Magna erat severitas ac disciplina majorum circa educandos formandosque liberos. Nam pridem suus cuique filius, ex casta parente natus, non in cellula emptio nutricia, sed in gremio ac sinu matris educabatur, cuius principia laus erat tueri domum et inservire liberis; sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Cæsaris, sic Atiam Augusti praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. Eligebatur autem major aliqua nata propinquua, cuius probatis spectatisque moribus omnis ejusdem familiæ suboles committeretur, coram qua neque dicere fas erat, quod turpe dicta, neque facere, quod in honestum factu videretur; ac non studia modo curasque¹⁾, sed remissiones²⁾ etiam lususque puerorum sanctitate quadam ac verecundia temperabat. Quæ 16 disciplina ac severitas eo pertinebat, ut sincera et integra et nullis pravitatibus detorta uniuscujusque natura toto statim pectori arriperet artes honestas, et, sive ad rem militarem sive ad juris scientiam sive ad eloquentia studium inclinasset, id solum 20 ageret, id universum hauriret. Postea juvenis ille, qui foro et eloquentia parabatur, imbutus³⁾ jum domesticæ disciplina, refertus honestis studiis⁴⁾ deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem in civitate locum obtinebat; hunc 25 sectari, hunc prosequi, hujus omnibus dictionibus interessere sive in judiciis sive in coniunctionibus advocabat. Igitur vera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur; et quamquam unum sequerentur, tamen omnes ejusdem statis patronos in plurimis et causis⁵⁾ 30 et judiciis cognoscabant, habebantque ipsius populi diversissimarum aarum copiam⁶⁾, ex quo facile de-

prehenderent, quid in quoque probaretur vel disputeret. Sub ejusmodi preceptoribus juvenis ille, de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator judiciorum¹⁾, eruditus et adsvetatus alienis experimentis, cui quotidie audienti no[n]e leges, non novi iudicium valitas, freq[ue]ns in oculis consuetudo contionum, sepe cognita populi aures, sive accusacionem suscep[er]at sive defensionem, solus statim et unus cuiuscumque cause par erat. Nono decimo statis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vicesimo Caesar Dolabellam, altero et vicesimo Asinius Pollio C. Calonem, non multum scilicet antecodens Calvus 45 Vatinium illis orationibus insecuri sunt, quas hodie quoque cum admiratione legimus.

(*Dialogus de Oratoribus.*)

¹⁾ *curas* — „Arbejder“. — ²⁾ „Adspredelsor“. — ³⁾ „efter at have modtaget denne Fordannelse“. — ⁴⁾ „Interesser“. — ⁵⁾ „Privatsager“. — ⁶⁾ havde Lejlighed til at være sammen med højt forskellige Tilberere blandt selve Publikum“. — ⁷⁾ „stædig Guest i Resten“.

XVI.

Interfecto Vitellio bellum magis desirat quam pax exasperat. Armati per urbem victores implacabili odio victos consecabantur; plena crudibus viso, cruenta foro templaque, passim trucidatis, ut quemque foro obtulerat¹⁾. Ac mox, angescente licentia, scrutari ac protrahere abditos; si quem juvenem procerum habitu conspicerant, obruncare, nullo militum aut populi²⁾ discriminine. Quis sevitia recentibus odiis sanguine explabatur, dein verterat in avaritiam; nihil usquam secretum aut clausum sinebant, Vitellianos occultari simulantes; initium id perfringendarum domum vel, si resisteretur, causa cedis; nec decerat³⁾ egentissimus quisque e plebe, et paucimi

servitiorum prodere ultro dites dominos; ali[us] ab amicis monstrabantur. Ubique lamenta, conclamations⁴⁾; et fortuna capte urbis⁵⁾, adeo ut Othoniani Vitellianique militis invidiosa antea petulantia desideraretur. Duces partium, accendendo civili bello acres, temperandis⁶⁾ victorise impures; quippe in turbas et discordias pessimo cuique plurima vis, pax et quies bonis artibus indigent. Nomen sedemque Caesaris Domitianus accep[er]at, sed nondum ad curas intentus⁷⁾ solis voluptatibus filium principis agebat⁸⁾. Praefectura praetorii penes Arrium Varum, summa potentia in Primo Antonio; is pecuniam familiaremque a Vitelli domo quasi Cremonensem⁹⁾ prædam rapiebat. Civitas¹⁰⁾ pavida et servitio parata occupari¹¹⁾ redeuntem Tarracina L. Vitellium¹²⁾ cum cohortibus extinguique reliqua belli postulabat. Premissi Ariciam equites; agmen legionum intra Bovillas soletat. Neo cunctatus est Vitellius seque et cohortas arbitrio victoris permittere, et miles infelicia arma haud minus ira quam metu abjecit. Longus deditorum ordo, septus armatis, per urbem incessit, nemo supplici yulta, sed tristes et trucos et adversum plausus ac lusciviam insultantis vulgi immobiles. Paucos erumpero ausos circumiecti oppressero; ceteri in custodiā conditi, nihil quisquam locutus indignum; L. Vitellius interficitur. (Tacitus.)

¹⁾ *so. interactori suo*. — ²⁾ „Civile“. — ³⁾ „holde sig tilbage“. — ⁴⁾ „Angstraab“. — ⁵⁾ — variū casus, qui capte urbi accidere solent. — ⁶⁾ „forebygge Udskejehor“. — ⁷⁾ „oplagt til Regeringsforretninger“. — ⁸⁾ „spillede“. — ⁹⁾ Ved Cremona havde Antonius Primus vundet den afgorende Sejr over Vitellianerne, se ovfr. XI, 2. — ¹⁰⁾ „Roms Befolking“. — ¹¹⁾ *occupare* = „søge at openappe“. — ¹²⁾ den døde Kejser Broder.

KILDESTEDERNE.

Particula I.

- I. Corn. Nep. Hannib. 9.
II. Valer. Max. II, 10, 2.
III. Justin. XVI, 3.
IV. Justin. XVIII, 4.
V. Corn. Nep. Artic. 9.
VI. Auct. bell. Africæ 44.
VII. Gellius I, 23.
VIII. Cic. de opt. gen. or. 19;
de orat. III, 213.
IX. Valer. Max. VI, 9, Ext. 1.
X. Valer. Max. V, 7, Ext. 1
et Lucian. de dea Syria 17.
XI. Sen. de oem. I, 15.
XII. Cic. pro Plancio 64.
XIII. Liv. XLIV, 19, 6. XLV,
12, 3.
XIV. Cic. de off. III, 73.
XV. Cic. de re p. VI, 9.
XVI. Liv. XXXVIII, 17.
XVII Plin. hist. nat. 29, 12.

Particula II.

- I. Cic. de inv. II, 14.
II. Liv. IX, 30, 3.
III. Gellius XV, 31.
IV. Sen. de benef. V, 24.
V. Curt. VIII, 1, 11.
VI. Sen. de ira II, 23.
VII. Liv. XXXIX, 51.
VIII. Auct. bell. Alexand. 67.
IX. Liv. XL, 29, 3.
X. Cic. pro Seest. 58.
XI. Sen. de ira III, 23, 2.
XII. Liv. IX, 16, 12.
XV. Cic. div. in Cœcil. 1.
XVI. Suet. Cœs. 9.

- XVII. Sen. de ira III, 22.
XVIII. Curt. IV, 1, 7.
XIX. Liv. XLV, 7, 5.
XX. Liv. XXXIX, 54.

Particula III.

- I. Justin. XLIII, 3, 4.
II. Justin. XXIV, 4.
III. Liv. XXV, 40.
*IV. Cic. pro Seest. 141.
V. Cic. in Verr. Act. sec.
II, 2.
VI. Gell. XII, 11.
VII. Cic. de nat. deor. II,
121.
VIII. Sueton. Cœs. 86.
IX. Sueton. Aug. 51.
X. Sen. Rhet. p. 584 M.
XI. Plin. epist. I, 6.
XII. Plin. epist. IX, 12.
XIII. Plin. epist. VI, 26.
XIV. Plin. epist. IX, 21.
XV. Sen. quest. nat. III
præf. 10.
XVI. Sen. epist. 8, 1.
XVII. Sen. de benef. II, 23.
XVIII. Sen. de ira I, 1, 3.

Particula IV.

- I. Sueton. Calig. 1.
II. Curt. VII, 11.
III. Curt. VIII, 5, 3.
IV. Liv. XXI, 4.
V. Cic. in Verr. Act. sec.
III, 1.

- VI. Colum. XI, 1, 5.
VII. Colum. XII præf. 7.
VIII. Sueton. Cœs. 75.
IX. Sen. de benef. I, 13.
X. Sen. de benef. VI, 37.
XI. Sueton. Tit. 8, 9.
XII. Curt. IX, 7, 12.
XIV. Curt. VIII, 2, 38.
XV. Cic. de finib. III, 7.
XVI. Cic. de divin. II, 58.
XVII. Gell. XIII, 5.

Particula V.

- I. Auct. bell. Alexand. 65.
II. Liv. XXVIII, 12, 2.
III. Curt. IV, 1, 16.
IV. Sen. de benef. VI, 31.
VI. Curt. VI, 1, 3.
VII. Vell. Pat. II, 13.
VIII. Vell. Pat. II, 20.
*IX. Curt. VII, 10, 1.
X. Sen. de benef. IV, 37.
XI. Sen. epist. 9, 6.
XII. Sen. epist. 43.
XIII. Sen. epist. 10.
XV. Justin. VI, 8.
XVI. Curt. V, 1, 3.
XVII. Justin. III, 1.
XVIII. Plin. epist. IV, 5.
*XIX. Plin. epist. VIII, 22.
XX. Tac. Ann. II, 88.

Particula VI.

- I. Sen. de benef. I, 7.
II. Sen. epist. 29, 1.
IV. Plin. epist. V, 5.
V. Sallust. fragm. hist. p.
6 ad. Maurenbr.

- VI. Curt. III, 1, 1.
VII. Cic. de rep. II, 1.
VIII. Sueton. Tib. 38.
IX. Vitruv. II, præf. 1.
X. Vitruv. I, 1, 6.
XI. Vitruv. VI, præf. I.
XII. Sen. de ira II, 25, 2.
XIII. Sen. epist. 14, 7.
XIV. Sen. cons. ad Helv.
9, 4.
XV. Curt. VIII, 4, 1.
XVII. Gell. IV, 16.
XVIII. Sueton. Cœs. 81.

Particula nova.

- I. Gellius III, 7 (1896²).
II. Justin. XXXI, 5 (1897¹).
III. Liv. XXXIX, 34 (1897¹).
IV. Liv. XXVIII, 19 (1898¹).
V. Appianus Hisp. 74 sq.
(1900²).
VI. Liv. XLII, 23 (1901¹).
VII. Liv. XLV, 5 (1901²).
VIII. Liv. XLIV, 14 (1903¹).
IX. Liv. XL, 3 sq. (1903²).
X. Cic. Philipp. 3, 1 sqq.
(1904² a).
XI. Liv. IV, 9 sq. (1904² b).
XII. Vell. Pat. II, 79, 82
(1905¹).
XIII. Oels. I proœm. (1898²).
XIV. Sen. ad Helv. 6 (1904¹).
XV. Einhard. (1899²).
XVI. Ericus Olai (1899²).
XVII. Chron. Skilbyense.
XVIII. Holberg (1900¹).
XIX. Holberg Epist. ad vir.
per illi.
XX. (Editor). (1902²).

Particula VII.

- II. Sen. epist. 12, 1.
 III. Cic. pro Murena 32.
 IV. Quintil. XI, 1, 8.
 V. Sen. epist. 79, 13.
 VI. Sen. epist. 79, 1.
 VII. Sen. de ira I, 18, 3.
 VIII. Sen. epist. 9, 17.
 IX. Sen. Rhet. p. 8 M.
 XI. Curt. III, 1, 10.
 XII. Sen. epist. 115, 10.
 XIII. Liv. XLIII, 7, 5.
 XIV. Sueton. Calig. 3.
 XV. Tac. Ann. XII, 36.
 XVI. Curt. IV, 7, 5.
 *XVII. Sen. Rhet. p. 567
sqq. M.

Particula VIII.

- II. Gellius V, 3.
 III. Plin. hist. nat. XXXV,
81.
 IV. Cic. de invent. II, 1.
 VI. Plin. epist. II, 7.
 VII. Plin. epist. III, 10.
 VIII. Quintil. II, 16, 12.
 IX. Liv. XLII, 49.
 *X. Sen. epist. 93, 1.
 XI. Sen. epist. 41.
 XIII. Quintil. I, 1, 1 sqq.
16 sqq.
 XIV. Tacit. Ann. IV, 37.
 XV. Cic. de rep. I, 41.
 XVI. Liv. XXXIX, 49.

Particula IX.

- I. Tac. Ann. XIV, 48.
 II. Tac. Hist. II, 44 med.
 III. Sueton. Galba 19.

- IV. Vell. Patro. II, 84.
 *V. Cic. pro. Sesat. 96 med.
 VI. Quintil. XII, 7, 1.
 VII. Quintil. X, 3, 22.
 VIII. Sen. cons. ad Polyb.
10, 2.
 IX. Cic. pro Murena 61.
 X. Plin. paucog. 45.
 XI. Tac. Hist. IV, 81.
 XII. Plin. epist. IX, 93.
 XV. Sallust: fragm. hist.
p. 101 M.
 XVI. Sen. de brev. vit. 1.

Particula X.

- I. Cic. de invent. I, 1.
 II. Curt. VII, 4, 1.
 III. Cic. de orat. II, 351.
 V. Plin. epist. VIII, 24.
 VI. Gellius XVII, 10.
 *VII. Liv. XXXIX, 40, 4.
 VIII. Tac. Ann. II, 39.
 IX. Sen. epist. 71, 1.
 X. Tac. Ann. III, 26.
 XI. Tac. Hist. IV, 83.
 *XIII. Quintil. XI, 1, 15.
 XV. Quintil. X, 3, 28.
 XVI. Liv. XLII, 29.

Particula XI.

- I. Plin. epist. II, 6.
 II. Tac. Hist. III, 54.
 *IV. Dial. de orat. 30.
 V. Plin. epist. VII, 9.
 VII. Curt. X, 5, 18.
 IX. Sen. de benef. V, 16.
 X. Vell. Patro. II, 117.
 XIV. Sen. de brev. vit. 4.
 XV. Dial. de orat. 28, 34.
 XVI. Tac. Hist. IV, 1.

Latin.

Skal læses: 90 normalsider (300 l) Caesar

" " : 90 " " Cicero

" " : 40 " " Livius

500 vs. Ovid el. Vergil.

800 vs. oder.

700 vs. breve

Bør læst: 79 normalsider Caesar

" " : 52 " " Livius

" " 90 " " Cicero.

Ovid, Vergil og Horatius

Oppgj: x Roscius : 31 sider (kap. I - 29)

Livius : 14 " (kap. 34 - 46)

Verrus : ~~19~~ 19 " (kap. I - 19)

x Caesar : 6 " (kap. 30 - 38)

& Ovid : Pyramus og Tisbe. Horatius :

Iud. I, 9 - I, 6 - II, 6. Samt x 400 vs.

Brev. I, 1 - I, 7. — oder:

Skal oppgis 90 normalsider fra

" " 600 heksametre

" " + 400 vs. oder.